LUDOVICI ANTONII
MURATORII
OPERA OMNIA.

ANTIQUITATES ITALICAE MEDII AEVI,

SIVE

DISSERTATIONES

De Moribus, Ritibus, Religione, Regimine, Magiſtratibus, Legibus, Studiis Literarum, Artibus, Lingua, Militia, Nummis, Principibus, Libertate, Servitute, Foederibus, aliiſque faciem & mores Italici Populi referentibus poſt declinationem Rom. Imp. ad Annum uſque MD.

OMNIA ILLUSTRANTUR ET CONFIRMANTUR

INGENTI COPIA DIPLOMATUM ET CHARTARUM VETERUM,

Nunc primùm ex Archivis Italiae depromtarum,

ADDITIS ETIAM

NUMMIS, CHRONICIS, ALIISQUE MONUMENTIS

NUNQUAM ANTEA EDITIS.

AUCTORE

LUDOVICO ANTONIO MURATORIO

SERENISSIMI DUCIS MUTINAE

BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.

Arretino Seminario & Collegio Eccleſiaſticorum Caſtilionenſi Epiſcopalibus alteram hanc editionem curantibus.

TOMUS SEPTIMUS DECIMUS.

ARRETII MDCCLXXX.

Typis Viduae olim Michaëlis Bellotti Impreſs. Epiſc. ſub ſigno Petrarcae.

SUPERIORIBUS PERMITTENTIBUS.

CATALOGUS
PONTIFICUM AQUILANORUM

Ab anno 1254. ad annum uſque 1472.

A DUOBUS ANONYMIS AUCTORIBUS

SECULIS XIV. ET XV. DESCRIPTUS,

Nunc primùm luci datur ex MS. Autographo

AQUILANAE CATHEDRALIS ECCLESIAE,

C U M

ADNOTATIONIBUS ET ADDITAMENTIS

ANTONII ANTINORII.

P R A E F A T I O.

IN Aquilanae Cathedralis ſat expolito Tabulario, membranaceum originale Volumen in folio, in quo praeſens continetur Epiſcoporum Catalogus, aſſervatur; ibi eodem charactere exemplata ſunt Acta, Diplomata, Inſtrumenta varia ad Epiſcopatum, Civitatem, Eccleſiamque attinentia. Et licèt cuncta annum 1472. non excedant, cuncta tamen hìc proferre ſupervacaneum, ſicut & alia, quae in calce ſeculis poſterioribus, diverſoque charactere ſunt addita. In Catalogi Praefatione haec habentur: *Praeſules*........... *Aquilanae Eccleſiae*............ *uſque ad tempus*........... *Jacobi Epiſcopi*, *ipſe in praeſenti libello aſcribi mandavit*.... .... *in hoc Catalogo Pontificum Aquilanorum*. Titulus hinc, & tempus colligitur. Catalogi poſtea *num. XII.* legitur: *Jacobus anno 1391. electus eſt Epiſcopus*............... *Succeſſus*.............. *ei*

Deus,

Deus, cui futura ſunt cognita, felices concedat. Hoc igitur Author ſcribere deſiit anno. Alter potius inde, in citato Volumine, quae primus ille Author exaraverat, tranſcripſit; quaeque poſtea ſibi addere datum eſt injunxit, uſque ad annum 1472., quadrageſimum primum Epiſcopi Amici, quò vel obiit, vel pariter ſcribere deſiit: Nam nec de Reſignatione Amici menſe Martio, anni 1472., nec de ejus obitu anno 1476. verbum facit. Unum namque admittere Authorem, qui electus ſeria ſcribat, anno 1391., ſcribatque pariter ſana mente, anno 1471. veriſimile non videtur. Apparet igitur, quod duo ſint; quinam ſint, non apparet. Verùm quia Actorum, quae referunt, plura potius ad Canonicos, & Praebendatos Cathedralis, quam ad Epiſcopos pertinent, ideo de illorum fuiſſe gremio non abſurdè putandum. Hujus libri meminit *Salvator Maſſonius, Dial. Orig. Civ. Aquil.* f. 81. Ibi: *In un libro di carta pergamena, che ſi ritrova nell' Archivio del Veſcovato dell' Aquila, antichiſſimo di ſcrittura, nel quale ſi vedono regiſtrati molti Privilegj e di queſta Città, e del Veſcovato;* & hujus ex libri folio 74. Privilegium Friderici II. tranſcribit. Meminit & Auctor *Furcon. Rediviv. anno* 1272., hoc titulo: *Liber Epiſcopatus.* Ab hoc etiam excerpta quaedam *Ughellio Gaſpar de Simeonibus*, Aquilanus Patritius dedit, uti *Ital. Sac. tom.* 1. *col.* 377. & 381., *& ſeq. edit. Ven.*, ex ejus confeſſione, & Catalogi verbis iiſdem patet. Utinam excerpta neceſſaria, & plena. Quae addita, quae adnotata, videbit Lector.

CATA-

CATALOGI PONTIFICUM AQUILANORUM

PARS PRIMA.

Quoniam exempla majorum pro doctrina nos recipere debemus, Preſules Epiſcopos, qui in ſede Aquilane Eccleſie prefuerunt a principio fundationis Civitatis Aquile, & quales fuerunt, & quanto tempore quilibet prefuit uſque ad tempus Rev. Patris Domini Jacobi Epiſcopi, (1) ipſe in preſenti libello aſcribi mandavit, & proponi voluit ordinatim poſteris relinquens exemplum, ut in hoc Catalogo Pontificum Aquilanorum alios ſucceſſores ſimiliter aſcribi mandent, eorum facta narrando, ut per hujuſmodi memoriale ſecundum Deum vivant, & laudabilia facere non omittant. Aſcriptio autem erit, ut primus primo loco, ſecundus ſecundo, & ſic de ſingulis per ordinem ſucceſſivè ponantur ut ſequitur.

A *Primus Epiſcopus Aquilanus.*

I. Dominus Berardus ultimus Epiſcopus Furconenſis, & primus Epiſcopus Aquilanus, hic anno Domini 1254. quando Aquilani intraverunt Civitatem Aquile ad habitandum, erat Epiſcopus Furconenſis. Deinde paulo poſt, ipſo vivente, & tempo-
B re Alexandri Pape IV. facta eſt translatio Eccleſie Furconenſis ad Eccleſiam Aquilanam anno ſecundo Pontificatus dicti Pape Alexandri, qui fuit anno Domini 1258 (2) Hic dum erat Epiſcopus Furconenſis exemit, & liberavit a Juriſdictione Epiſcopali Monaſterium Eccleſie Sancte Clare de Aquila, quod tunc di-
C cebatur Sancte Marie de Aquilis tunc Dioceſis Furconenſis. (3) Et ut Epiſcopus Aquilanus etiam recollegit omnes Clericos Amiterninos ad obedientiam ſuam cum certis modis ordinatis inter eos. (4) Obiit autem Aquile anno Domini 1264 & ſepultus eſt in Eccleſia Furconenſi. (5)

Se-

(1) Fuit electus anno 1391. V. *infr. n.* 12. *not.* 22.

(2) Corrigenda. V. in *Introd. ad hiſt. Aquil. cap.* 4. *n.* 6.

(3) Haec confirmant, quae dicta ſunt in *Introd. ſupracit. eodem cap. n.* 7. Addas jam tempore Jacobi Epiſcopi, cir-
D ca annum 1391. titulum Sanctae Mariae, in illum Sanctae Clarae variatum fuiſſe.

(4) De his *Introd. ſuprad. cap* 4. *n.* 6., *&* 8, *& infr. par.* 2. *n.* 1.

(5) Potius credatur mortuus, ubi ſepultus. V. *Introd. cap.* 4. *n.* 9.

Secundus Epiſcopus Aquilanus.

II. Dominus Nicolaus de Sinitio fuit Clericus Secularis, rexitque Aquilanam Eccleſiam annis XXX. Obiit anno Domini 1294. (6) Hic in anno Domini 1272. die 21. menſis Auguſti interfuit, & conſenſiit donationi, & dotationi facte per Syndicum Communis Aquile Monaſterio Sancte Marie ad Grajanum in honorem Beate Marie Virginis intus Civitatem Aquile, cum his, que habet intus Civitatem, & extra juxta muros Civitatis uſque in viam, que tranſit ad pontem de Balneo. (7)

Tertius Epiſcopus Aquilanus.

III. Dominus Frater Nicolaus de Caſtroceli ſedit annis octo, menſibus novem. Obiit anno Domini 1303. Tempore Bonifacii Pape Octavi, & ſepultus eſt ante altare Eccleſie antique. (8) Hic dimiſit Eccleſie Aquilane paratum album totum, cum omnibus neceſſariis: fecit fieri crucem de argento: dimiſit baciles duos, candelabra duo, urceolos duos, & Turibulum de argento.

Quartus Epiſcopus Aquilanus.

IV. Dominus Bartolomeus de Manopello Doctor Decretorum fuit Epiſcopus Aquilanus, anno Domini 1305. (9) Fecit fieri Campanas Eccleſie Aquilane. Hic fuit in Synodo Viennenſi, & ibi obiit, tempore Clementis Pape V., anno Domini 1311. (10) Hic fecit fieri Baculum Paſtoralem, qui hodie eſt in Eccleſia Aquilana.

Quin-

(6) Tali calculo Epiſcopus debuiſſet eligi, anno 1264., quo obiit Anteceſſor. At *Ughellius Ital. Sac. to.* 1. *ad. Aquil. n.* 2. Electum, ait, anno 1267. ex *Epiſt. Clem. IV.*, ex qua forſan de Monachatu Nicolai nactus eſt, quae aſſerit contra hujus Cathalogi authorem. De Nicolao, vide optimam mentionem in Diplomate Caroli II. Regis, anno 1299. ad *Boet. Raynald. not.* 38.

(7) Mentio de hoc Monaſterio ap. *Ugh. Ital. Sac. to.* 1. *cap.* 387., referentem Breve Clem. V. ann. 1312., in quo dicitur *ad Gruxanum*, *Dioeceſis Valvenſis.*

(8) De hoc *Ughell. to.* 1. *ad Aquil. n.* 3., ubi *not.* 1. Mandoſius affert quae de Fr. Leonardo, tempore Bonifacii VIII., Aquilano Epiſcopo aſſerit *Fontana Theatr. Dominic. p.* 127. At de hoc Nicolao nullum dubium involvunt, quae Ughellius, quae hìc, & quae *infr. p.* 2. *n.* 3. afferuntur. Leonardus ergo tantùm nominatus, & non electus, potiùs credendus. Ughellius verba hujus Cathalogi: *Eccleſiae antiquae*, interpretatus eſt: *In veteri Furconenſi Baſilica;* num bene, dubitandum. Habetur Aquilae Eccleſia S. Maximi, quae conſtruebatur anno 1257., ex Bulla Alexand. P. IV. ap. *Ughell.* ipſum *to.* 1. *c.* 380. *edit. Ven.*, habetur eodem anno Inſtrumentum in eadem Eccleſia celebratum. *Introd. ad Aquil. hiſt. cap.* 2. *n.* 6., habentur hujus Cathalogi *n.* 3. ſacra Suppellectilia *Eccleſiae Aquilanae*, circa annum 1303., habetur *infr. n.* V. circa annum 1327. de Epiſcopo Philippo: *Fundavit Eccleſiam Aquilanam, quae nunc eſt:* Clarè hinc ergo colligitur, verba haec, *fundavit Eccleſiam*, ad reſtaurationem potius refundi, quàm ad novam conſtructionem; & nomine antiquae Eccleſiae non Furconenſem, ſed primaevam Aquilanam intelligi debere apud Scriptorem anni 1391. Vide hujus *Cathal. par.* 2. *n.* 3.

(9) At electus anno 1303., uti ex Regeſt. Vatican. corrigit *Ughell. to.* 1. *ad Aquil. n.* 4. Electionem a Capitulo Aquilano, ait, factam; alteram anno 1377. V. ap. *Ant. de Boet. ſt.* 371., & alteram *infr. n.* 12. anno 1391. De hoc Epiſcopo plura in *Biblioth. Neapol. Topii.* V. *Barth. de Manuppl.*, & *Ughell.* itidem *to.* 6. *cap.* 738. anno 1310.

(10) Cauſa penes *Ughell. to.* 1. *c.* 286., & in *Collect. Concil. Labb. to. XI. par.* 2. *c.* 1550. *ed. Pariſ.* 1671., habetur Epiſtola Clem. V. illi directa, & Epiſcopis

Quintus Epiſcopus Aquilanus.

V. D. Frater Philippus de Luca, de Ordine Eremitarum. Hic fundavit Eccleſiam Aquilanam, que nunc eſt, & fuit Epiſcopus annis *16*. Obiit Luce anno Domini 1327. (11)

Sextus Epiſcopus Aquilanus.

VI. Dominus Frater Angelus de Florentia, Ordinis Fratrum Predicatorum, rexit Eccleſiam Aquilanam annis XIII. (12) Demum factus eſt Epiſcopus Florentinus, & deinde factus eſt Epiſcopus Eccleſie Caſinenſis.

Septimus Epiſcopus Aquilanus.

VII. Dominus Petrus de Tocco, Clericus Secularis, & Doctor Decretorum, rexit Eccleſiam Aquilanam annis X (13) Obiit in itinere, dum reverteretur ad domum ſuam, timore magne mortalitatis, que tunc currebat anno Domini 1348. (14)

Octavus Epiſcopus Aquilanus.

VIII. Dominus Paulus Domini Raynaldi de Baczano, Clericus Se-
A cularis. Hic factus eſt Epiſcopus Aquilanus, tempore Clementis Pape VI. ultimo anno ſui Pontificatus, anno Domini 1351., rexitque Eccleſiam Aquilanam annis XXVII. (15), licet de ipſo tempore, per tranſlationem, duobus annis fuerit Epiſcopus Eſculanus, & demum ad Eccleſiam Aquilanam rediit, ibique obiit
B an. Dom. 1377. de menſe Januarii, die verò XXV.

Nonus Epiſcopus Aquilanus.

IX. Dominus Iſac de Caſtello Arcini, & Comitatu Peruſii Monacus, & Niger, homo magne eloquentie, per tranſlationem tempore Innocentii VI., duobus annis rexit Eccle-
C ſiam Aquilanam. (16) Demum eodem modo rediit ad priſtinam ſuam Eccleſiam, videlicet Eccleſiam Eſculanam, & ibi obiit, & ſepultus eſt in Eccleſia Eremitarum S. Auguſtini.

Decimus Epiſcopus Aquilanus.

X. Dominus . . . . (17) An. Dom. 1377. tempore Gregorii
D Pape XI. Factus eſt Epiſcopus Aquilanus

piſcopis vicinis de convocatione Concilii, 12. Aug. 1307., & c. 1553., alia 4. Apr. 1310. de prorogatione. At, cùm alia, *fol.* 1563. mittatur Epiſcopis vicinis tantùm 2. Maji 1312., evidens eſt, tunc Viennae Epiſcopum Bartholomaeum vel permanere, vel potius obiiſſe; quod patet ex conſecratione Succeſſoris, ibidem die 4. Junii. *Ughel. to.* 1. *ad. Aquil. n.* 5.

(11) Calculum a die 4. Junii 1312., ſi ad extremos anni 1327. menſes reducas, eſt annorum XV. & menſium VII. Nonne hic annus inceptus pro completo? Juridicè hoc potius quàm hiſtoricè. Vid. *infr. p.* 2. *n.* 7. Et quoad aedificationem Eccleſiae, V. ann. 1338. *Boet. Raynald. ſt.* 436. Anno 1349., quoad dirutionem *eundem ſt.* 818.

(12) Ex *Ughell. to.* 1. *ad Aquil. n. 6.* Electus die 8. Junii 1328., tranſiit ad Florentinos die 26. Jun. 1342., *to.* 3. *ad Florent. n.* 45. Sunt ergo anni XIV. De eo *Ughell.* itidem *to.* 1. *ad. Caſſinat. n.* 8. V. *infr. p.* 2. *num.* 7., & anno 1338 *Boet. Raynald. ſt.* 419

(13) Corrige VI.

(14) Male *Ughell. to.* 1. *ad Aquil. n.* 7. anno 1346., nam Peſtis anno 1348. *Boet. Raynald. ſt.* 797. V. *p.* 2. *n.* 7.

E (15) *Ughell.* ex Vatic. Regeſt. *to.* 1. *ad Aqu. n.* 8., & ad *Aſcul. n.* 42. electum dicit 30. Martii 1349. V. *infr. p.* 2. *n.* 8. Annos 30. regiminis craſsè dat ei *Boet. ſt.* 367. Hujus meminit *Seb. Andreantonell. hiſt. Eccl. Aſc. p.* 296.

(16) A die 10. Maii 1353. ex *Ughell. to.* 1. *ad Aqu. n.* 9., & ad *Aſcul. n.* 41.

(17) *Antonius Boetii* ſat clarè de hac electione loquens *ſt.* 371., *& ſeq.*, ait, fuiſſe Stephanum, uti *Ughell. to.* 1. *ad Aquil. n.* 12. De Stephano denuo *Ant. Boet.* ann. 1378. *ſt.* 491.

lanus ad poſtulationem Ill. Principis Domini Octonis de Brunſvich, Viri Illuſtriſſime Domine noſtre Domine Joanne Regine. Sedit annis quatuor, & tyrannizavit, & nullum bonum fecit Eccleſie Aquilane. Tandem deceſſit de Aquila, (18) & in itinere Peruſii Obiit, & ſepultus eſt apud Fratres

(18) Anno 1381. die 16. Septembris, poſtquam ingreſſus eſt Regnum Carolus III. *Ant. Boet. Poëm. Can.* 3. *ſt.* 21. Hinc ſat decipi videtur *Ughellius*, qui & anno 1381., & ab Urbano VI., B ait, electum Stephanum, licèt quae cetera affert, ad eumdem ſpectent. Correctione dignus etiam in Johanne Piſtorienſi, quem Aquilanum Epiſcopum anno 1377., die 4. Maji a Gregorio electum, *n.* 10. aſſerit: Et hinc falſa conſarcinavit de Stephano. Johannem illum, ſi electum credas a Pontifice R., nam potius Stephanum dicas, vel Ottonis poſtulatione mutatum, vel nominatum tantùm intelligas. Quae autem de obitu ſui Johannis ſcribit *eodem n.* 10., apertiſſimè ex hujus Catalogi loco, ad Stephanum reducenda. V. *infr. p.* 2. *n.* 10. C
At non *Ughellium* tantùm; Leodienſium quoque Pontificum Chroniſtam, Stephanus habuit infenſum. Locum adducere non durum erit, ex *Chronico* illo edito jam in *Collect. Scriptor. Epiſcop.*, & *Rer. Leodienſ. Johann. de Chapeauvill. Leod.* 1616., & primò in ſuo *Specul. Exemplor.* ab *Henrico Grann.* D Germano relatum, *Diſt.* 9., *Exempl.* 180., ab iſto deſumtum, demum *Joh. Bapt. Matthiolus* in ſua *Selva Iſtorial. di varj Eſemp.*, *lib.* 3. *cap.* 1. *tit.* 10., *Eſemp.* 7. traduxit. Hinc videantur, qui ſint hujuſmodi narratiunculę fautores. Verba Chronici ſunt:

„ Noverint Chriſtifideles unum ſtupendum Miraculum cunctis gentibus praedicandum ad confirmationem & augmentum Fidei Chriſtianae, quod E his diebus factum eſt, ſcilicet anno Domini 1380., decimo die Junii in Civitate Aquilana, quo die celebrabatur ibidem Feſtum S. Maximi Epiſcopi Confeſſoris, dum infidelis Epiſcopus Aquilanus, cum Clero & Populo voluit facere magnum Feſtum, & ſolemnem Proceſſionem ad honorem & fidem Roberti Antipape, cui adherebant, cum cantoribus & ſaltatoribus, ſonis & tubis, fecerunt fieri magnum & honorabile Vexillum ad honorem dicti Antipape, in quo pontificaliter depingi fecerunt ad modum veri Pape dictum Rubertum Gippennenſem Antipapam, quem Clementem VII. nominant; & D. Urbanum Papam VII. Chriſti Vicarium, ad ejus ignominiam fecerunt de ligno, & poſuerunt eum ligatum cum fune in collo ſuper unum aſellum, & ſic volebant eum ducere in proceſſionem. Verum cum hec eſſent omnia parata ante Eccleſiam Epiſcopalem S. Maximi, & vellent incedere per Civitatem proceſſionaliter, ut dictum eſt, Dom. Jeſus abominans, & abhorrens tantam injuriam & opprobrium, que fiebant ſuo famulo, ut ejus vero Vicario, ſcil. Dom. Urbano Pape, licet eſſet clara ſerenitas temporibus ubique, per aërem immiſit unam nubem obſcuram, plenam demonibus ſuper locum proceſſionum & hominum; que nubes fecit tunc in inſtanti tantam tempeſtatem aquarum, grandinum, tonitruorum, & ventorum, quod multas domos proſtravit, homines multos ſubmerſit, & interfecit animalia; magnum fontem Aquilanum abſorbuit, & cooperuit, ita quod non reperitur ulterius, & maximam partem Civitatis duxit ad ruinam: Et ultra hoc, Demones viſibiliter abſtulerunt Vexillum Antipape, & aſportaverunt per aërem ſecum; imago autem lignea Dom. Urbani poſita ſuper aſellum, manſit ibidem illeſa miraculoſe non infuſa, nec in aliquo deturpata. Propter quod ſtupendum ſe videns & clarum Miraculum, omnes Aquilani ceperunt clamare: O B. Urbane Papa VII. adjuva, ne nos pereamus in hoc tremendo Dei Judicio & Miraculo, & ad iſtos clamores deceſſit nubes, & ceſſavit tempeſtas. Homines tamen multi perierunt, & animalia, & domus, & ille fons abſorptus eſt ibidem. Et hoc eſt verum ad literam; nam notum eſt Aquile, & toti Provincie. Quid

Fratres Minores in Civitate Peruſii. Hic uſque ad infirmitatem, de qua deceſſit, vixit in fide Clementis VII., ſecundum ut fertur, retractavit, & confeſ-

Quid ſi nec toti Provinciae, nec Aquilae? Addendum modo; quotannis ab Eccleſia Cathedrali, die Feſto S. Maximi 10. Junii Sacris ſolemniter jam peractis, hora meridiana exire proceſſionaliter Capitulum S. Marciani, nigris tantum talaribus indumentis; procedere inde Capitulum Cathedralis, una cum Epiſcopo, licet hodiernus ſemper recuſaverit; ultimo illius, ut vocant, Quarterii Electum ad Magiſtratum: &, fonte prope Cathedralis faciem circumdato, Eccleſiam regredi. Poenitentiae dicunt Proceſſionem, ut fama eſt, ob Antipapam celebratum. Quorſus haec? Dubia proponere fas ſit.

I. Sane mirum, Scriptorem Leodienſem pluſquam mille paſs. millia Aquilâ diſſitum, tot minutiſſimas ſciviſſe circumſtantias facti, ab nullo penitus non Regni, non Pontificiae Ditionis; ſed nec Italiae Scriptore, ut minimum innuti; & ſciviſſe candide, non fucatas, non detortas Seculo Schiſmatico, pietate rudi, ſuperſtitione facili; ſciviſſe denique, quando nec Eccleſiae titulum aperte ſcivit, ſed D. Maximum *Epiſcopum & Confeſſorem*, ex vulgo *Levita & Martire* confecit; Hiſtriae nempe cum Maximo partim eum confundens, cujus Acta ex iiſdem, a quibus Levitae, depravata demonſtrantur in *Majo Bolandiano*, 4. Cal. Jan.

II. Quis hoc agitatus dubio non ab Aquilanis illius aevi Scriptoribus geſta ſciſcitaretur? Bene, ſed fruſtra. Res anni 1380. longiſſime proſequutus eſt *Antonius Boetii*, qui res anni illius, illaſque praecipue, quae ad Schiſma ſpectant, canit, & recinit. Et de portentu? Nihil. At, me Deus amet, unde *Antonius*, Urbani potius, quam Clementis aſſecla, minuta quaeque & in dies narrans, tantum mirum tacet? loquaciſſimum ſane ſilentium. *Antonio* addas *Nicolaum Borbonienſem; Nicolao Scriptorem* hujus *Cathalogi;* Scriptori demum Tabularia Aquilana. Hi cuncti ne verbum quidem. Parvi momenti factum hoc? At quomodo exteros Urbani fidos concutit? Magni? Quomodo non Aquilanos, non Pontificiae Ditionis Urbani fidos? Fictum ergo? Procul dubio, ſed exigua veritate perſonatum.

III. *Antonius* ipſe de illa die 10. Junii 1380. ait tantum *hora XIX. grandinaſſe, & copioſius intra moenia Civitatis: St.* 747., *& ſeq.* At domus proſtratae deſunt; deſunt & Doemones viſibiles, & fons abſorptus, & mortes, & reliqua. Narrat Terraemotus innoxios duos noctu, poſt diem 27. Julii, *St.* 745. Deeſt Aſellus ſtatuae Urbani vector; ſed *St.* 501. *Antonius* narrat *Capitaneum Aquilae*, ut vocant, *ad bellum a Regina miſſum Jordanum Faſianum anno* 1379., inter cetera ejus geſta ab *Antonio* vituperata, *ſimplicitate majuſcula Epiſtolam Urbani VI. Româ illi directam Aſinae caudae ligatam, torculari accenſo, tuba clangente, Foro majori, penitus Communi Aquilano inſcio, comburere feciſſe.* Haec ſunt quae refert. Verum haec ſi a Scriptore vituperata anno 1379., & ſcripta; quanto magis cetera quae habet Chronicon, ſi vera fuiſſent anno 1380., & ſcribenda, & vituperanda erant ab Authore Cenſore, uti *Antonius?*

IV. En clariſſime geſta variis temporibus, & puriſſima geſta in unum conſarcinata. Fama vulgi ſemper nimis emphatica mirandam hanc compoſuit narratiunculam: Spectra univit grandini; Statuam Epiſtolae appoſuit; Vento aptavit ruinas. Sic creſcunt inter vulgarium ora hominum non prope, nec erudite ſpectantium facta, quae illis vera, quia ita placent, nec placent, niſi ſupra ordinem rerum. Vexillum forte in facie Eccleſiae turbine vel ablatum, vel laceratum, nullam involvit inveriſimilitudinem; Teſtis vero deeſt.

V. De cetero ſtupenda haec ſi inconcuſſe vera fuiſſent, Schiſmati dixiſſent Vale; Vale Clementi VII., ſaltem Aquilae, vel Regno: At nec hîc, nec illic id evenit. Sanctus etiam Clemens habuit aſſeclas, reſque Concilio indiguit.

VI. Proceſſio reſtat. Hora, dies, habitus, fama poenitentiam dicunt facti, uti in Chronico legitur; at cur non potius facti, uti ex *Antonio* deſumitur?

confeſſus eſt Urbanum Eccleſie Papam VI., & in ejus vera fide dicitur deceſſiſſe.

XI. Dominus Berardus de Teramo, Ordinis Predicatorum. Anno Domini 1382. per Clementem Papam VII. ordinatus eſt Epiſcopus Aquilanus, qui intravit dicto anno, die nona menſis Septembris, & de mandato dicti Domini Pape, in dicta Aquilana Eccleſia conſecratus fuit per Epiſcopos Albienſem, Aſiſiniacenſem, & Montis Flaſconis, die vigeſima prima dicti menſis Septembris; exiſtente tunc in Aquila Domino Ludovico Duce Andegavie, Turonie, & Calabrie (19), cum magno comitatu Principum, & Dominorum. Vixit in Epiſcopatu annis XI., & die decollationis Sancti Joannis Baptiſtae, ad falſum rumorem per quoſdam ſectatores malorum ante Palatium Aquilanae Civitatis fuit interfectus (20), & ſepultus eſt in Aquilana Eccleſia ante Altare majus, preſentibus Clero, & Populo Aquilano, cum ſolemni & ſumptuoſo obſequio. Hic multum laboravit pro ſtatu Civitatis Aquilane, & ſuâ induſtriâ obtinuit a Clemente Papa Eccleſias Comitatus Aquile, que olim detinebantur per Epiſcopum Valvenſem, uniri, & incorporari Eccleſie Aquilane. (21)

XII. Do-

tur? Quomodocumque ſit, cur ſolum Sancti Marciani Capitulum intervenit? Eccleſia eſt Quarterii Sancti Johannis prima. At cur iſtius facti illud tantum Quarterium reum erit? Cur non aeque, ac principaliter Capitulum Cathedralis Epiſcopo Clementino addictum? Suſpicari juvat, non certe anno 1380. Proceſſionem inſtitutam fuiſſe. Stephanus tunc Epiſcopus Aquilae permanſit uſque ad XVI. Calend. Octobris 1381., & abiit, quia Clementini erant Carolo III. inviſi: *Ant. Boet. Cant.* 3. *St.* 21. Anno 1382. Urbanus VI. ſuum, Clemens VII. ſuum itidem Epiſcopum Aquilanum elegerunt. Andegavenſium authoritate a Clemente electus, ſedit Epiſcopus Berardus nomine: *infr. n.* 11., & *Nicol. de Borb. n.* 26., perduravit uſque ad annum 1391. *idem n.* 30. Succeſſit electus a Succeſſore Clementis VII. Benedicto, anno eodem: *infr. n.* 12., & *Ughell. ad Aquil. n.* 15. Jacobus Rodianus ex Caſtro Rodii originarius, cujus Paroecia Eccleſia eſt S. Marciani ſupralaudata. Hic tandem anno 1395. Romam ad pedes ivit Pontificis Bonifatii IX., Inſulaeque renunciavit, quam poſtea anno 1401. legitimam ab eodem recepit Pontifice: *infr. n.* 12. Dubitandum forſan, anno 1395. Poenitentiae illius Proceſſionem injunctam fuiſſe Epiſcopo, Capitulo S. Maximi, & Capitulo S. Marciani; illi quia in Canonicum habuit Jacobum, & inde Epiſcopum nominavit; iſti quia Jacobum habuerat in * filianum, & cum eo ejus totam in illo Quarterio familiam factioni Clementis addictam: Et in poenam favoris praeſtiti Antipapae injunctam vel a Romano Pontifice, vel etiam humiliationis gratia a ſe ipſis, aſſenſu quoque & acceſſu Civilis Magiſtratus, pietatis cauſa.

Haec naturalior conjectura. Diem elegerunt Junii decimam, & quia Cathedrali feſtam, & quia tunc grando irruit. Quid namque vulgo facilius fuit, quam eam Divinae iracundiae refundere ob praeſtitam Antipapae, ac Praeſulibus illi addictis obedientiam, viſa Epiſcopi reſignatione? Quid ſi addas Vexilli Clementis VII. vento ſciſſi circumſtantiam?

(19) Johannam I. exagerat *Ughellius* non commode *to.* 1. *ad Aquil. n. XI.* Avinionem inde petiit Berardus, unde rediit anno 1385. *Nicol. Borbon. n.* 26.

(20) Anno 1392. die 28. Aug. *Idem n.* 30.

(21) V. *infr. p.* 2. *n.* 11. & 12. *Ughellius to.* 1. *n.* 13. 14., & 15. tres Epiſcopos ſucceſſive aſſignat Aquilanos tempore hujus Berardi Pontificibus Romanis adhaerentes; electi tamen ab Antipapis poſſeſſione praevaluerunt. Non omnium Ughellius firma affert teſtimonia: Et Ludovicum Epiſcopum a Bo-

XII. Dominus Jacobus de Rodio Civis Aquilanus, Clericus Secularis in ſua· pueritia nutritus in eadem Eccleſia in ſacris Canonibus, longo tempore ſtudens, & annis plurimis aliis Canones legens in ſua adoleſcentia, videlicet decimo nono anno ſue etatis creatus ejuſdem Eccleſie Aquilane Canonicus, & in principio ſue juventutis, videlicet vigeſimo quinto anno ſue etatis exiſtens Vicarius Epiſcopi Eſculani, fuit ordinatus Archidiaconus Eccleſie Eſculane. Tandem reverſus Aquilam anno Domini 1391., (22) die ultimo Auguſti, a Capitulo & Clero Civitatis ipſius electus, ac clamatus, & expeditus eſt Epiſcopus Aquilanus, & pronunciatus, & declaratus, ac etiam confirmatus Epiſcopus Neapoli, in vigilia glorioſi Pontificis Martini, de menſe Novembris. Succeſſus autem Altiſſimus Deus, cui futura ſunt cognita, honeſtos, felices, & ſanctos concedat. (23) Hic enim anno Domini 1395. de menſe Maji, in Feſto Sancte Crucis deceſſit de Aquila, & ivit Romam, & in manibus Sanctiſſimi in Chriſto Pape, & Domini noſtri Bonifatii Pape IX. renuntiavit Epiſcopatum Aquilanum, quem ad inſtantiam Populi Aquilani a Sciſmaticis receperat, & in Curia Romana remanſit annis fere ſeptem, & ibidem conventuatus, & doctoratus in Jure Canonico, creatus Auditor Cauſarum Audientie Sacri Palatii, eidem Domino Pape, & Romane Curie ſervivit in dicto Offitio Audientie (24). Tandem anno Domini

a Bonifacio IX., qui Pontifex electus Novembri 1389., declaratum vult male anno 1388. Ad *Reatin.* *n.* 49. ipſemet immemor non Epiſcopum, ſed Canonicum tantùm facit Aquilanum. Series *Ughelliana*, quaeque ſit, ita ſe habet.

Ex Cathalogo Aqu.	Ex Ughellio.
I. Paulus electus a Clem. VI. obiit 1377.	
II. Stephanus a Greg. XI. an. 1377.	II. Johannes a Gregor. XI. an. 1377.
	III. Stephanus ab Urbano V. an. 1381.
III. Berardus a Clemente VII. an. 1382. ob. 1391.	IV. Clemens ab Urbano VI. an. 1382.
	V. Oddo ab Urb. VI. an. 1386.
IV. Jacobus a Benedicto XIII. an. 1391. ceſſit Bonifac. IX. an. 1395.	VI. Ludovicus a Bonif. IX. an. 1388. renunciavit an. 1399.

Jacobus hic a Bonifac. IX. electus denuo an. 1401.

(22) Ex dictis patet, corrigendum *anno* 1391. *in Nic. Borb. n.* 30. *not.* 15.

(23) Huc uſque ſcripſit primus Author Cathalogi, ordine Amici Epiſcopi, poſtea alter proſequutus eſt cetera.

(24) Celebratum hoc anno fuit Aquilae Generale Capitulum Patrum Auguſtinianorum, de quo *Torell. ſer. Aug. to. 6. an.* 1400. *n. 6.*, & in illius Conventus Archivo adeſt conceſſio Indulgentiae hujus occaſionis gratia, *Dat. Romae an.* 1400. *Indict. VIII., die* 20. *Maji, Bonif. P. IX. an. XI.*

mini 1401. die XXIV. menſis Januarii, idem Dominus Papa eumdem Jacobum creavit Epiſcopum Aquilanum, & remiſit eum ad regimen ipſius Eccleſie. Obiit in die Epyfanie anno Domini 1431.

XIII. Dominus Amicus de Rocca de Medio Clericus Secularis, Decretorum Doctor Bononie, qui ultimis ſex, & ſeptem annis ſui ſtudii Bononie actu, & competenti ſalario legens Bononie Jus Canonicum, ad Patriam reverſus. Et poſt paululum temporis factus eſt Canonicus Aquilanus, & Archipresbiter Sancti Pauli della Barete Aquilani; obeunte recolende memorie Domino Jacobo de Rodio Epiſcopo Aquilano 1431., die Epyfanie, Domino Colucio de Valle Cive Aquilano, divina gratia inſpirante, aſſumptus eſt ad regimen Eccleſie Aquilane, anno Domini 1431., quarta die Maji, & remiſſus ad Aquilam pro nonnullis tunc arduis occurrentibus, die 12 ejuſdem menſis cepit cum gaudio, & multitudine Cleri, & Populi Eccleſie Aquilane poſſeſſionem corporalem, (25) hoſpitatuſque fuit in Epiſcopalibus ipſius Eccleſie domibus pene deſolatis, & dirutis, in quibus nullam penitus ſuppellectilem invenit, & vix domorum oſtia, quarum reparationi intendens, primo domum quamdam, ſcilicet coquinam, juxta hortum ipſarum domorum erexit a fundamentis, refecit tectum ſuper ſchalas, & domos ipſas, ac Paleare, utcumque potuit, reparavit. Crucem argenteam magnam, Tabernaculum pro Corpore Chriſti etiam nonnullis de ſuis pecuniis impenſis, renovare fecit, & ſucceſſive Chorum in Capella magna Eccleſie Aquilane ſuis expenſis refici de novo: & poſt annos aliquot idem Epiſcopus fieri fecit duo paramenta; aliud ſcilicet de Velluto nigro, auro intexto copioſè, ſcilicet Planetas, Pluviale, Tunicellam, & Dalmaticam. Aliud de Velluto carmoſino rubeo, cum totidem petiis. Hic in anno Domini 1440. fuit Rector Provincie Patrimonii, & Terrarum Spiritualis Commiſſione in Tuſcia; rexit Provinciam illam pro aliquo tempore, & corporis invaletudine prependitus, coactus eſt Paternos repetere lares. Hic fecit fieri Cappellam, ſuper qua poſita ſunt Organa ſuis expenſis, & in ipſis Organis nonnullas pecunias expoſuit. Hic obeunte Eugenio IV., & aſſumpto Nicolao V., factus

(25) In S. Auguſtini Tabulario, tenoris infraſcripti memoria in membrana ſervatur.

„ Amicus de Rocca Epiſcopus Aquilanus, & nobiſcum una in craſtinum Conſecrationis noſtrae Rever. in Chriſto Patres Jacobus Leſinenſis Epiſcopus, Colantonius Salpenſis Epiſcopus, & Petrus Epiſcopus S. Angeli cupientes, ut Eccleſia S. Auguſtini veneretur omni die Dominico ſingulis annis in futurum, & feſto S. Nicolai de Tollentino ..... XLII. ann. de injunctis poenitentiis...... Datum Aquilae Eccleſiae S. Mariae de Populo, prope Aquilam ſitae in Ponte Rhodii, ann. 1431. 2. Julii, Indict. IX. Eugenii P. IV. an. 1. rog. Not. Andreas de Luculo de Aquila.

De laudato Salpenſi Epiſcopo haec apud Clar. Criſpum, *hiſt. Aquil. to.* 2. *p.* 26. habetur Inſcriptio, olim in S. Dominici Eccleſia:

HIC IACET REVEREN. FR. NICOLAUS EPISCOPUS SALPENSIS AN. DOM. M.....

Sigillum Amici Epiſcopi, quod variis in Scripturis ſervatur, oſtendit SS. Maximum a dextera, Georgium a laeva manu; ſub illis Epiſcopi effigiem inter duo Stemmata, unumquodque agnum cum libro ſuperpoſito ferens; circum: *S. D. Amici Epiſcopi Aquilani.*

factus fuit Caſtellanus, & Gubernator Spoletanus: quarum regimen, quorumdam iniquorum invidia adverſante, exercere non valuit. Miſſus fuit Gubernator Urbis Veteris, quo tempore fieri fecit, ſcilicet anno Dom. 1447. Paramenta pulchra, & ſumptuoſa; primum videlicet Planetas, Pluviales, Dalmaticam, & Tunicellas de Damaſchino albo, auro intexto. Secundum de Damaſchino viride cum floribus, & friſiis. Tertium de Damaſchino paonatio, ſeu violatio. Item hic fieri fecit pannos de ſerico pro Altaribus, & unum ſuper Altari. Hic ſuis ſumptibus fieri fecit Imaginem Beati Maximi de argento de Carlenis. Hic Mitram Pontificalem pulchram, & ſumptuoſam, & duas ſcilicet Dalmaticam viridem, & Tunicellam aërei coloris, pro quando Epiſcopus Miſſam celebrat. Hic Domos Epiſcopales reformavit, & erexit in altum, & Cameras multas fecit, reformavit Saleſtam, in qua depingi fecit Epiſcopos predeceſſores ſuos, & Salam magnam, & Logiam, juxta eam, omnia ſuis propriis ſumptibus decoravit, auxit, & reſtauravit, & elevavit muros horti. Hic uniri fecit Monaſterium Sancte Marie ad Gordianum menſe Epiſcopali, deducta ſubſtentatione Monialium. Hic reincorporavit Eccleſiam Sancti Antonii prope, & extra muros Aquilanos, quotidianis diſtributionibus Capituli Eccleſie Aquilane unitum, quod per tirannidem tentum erat. Hic fuit multis annis Magiſter in Regiſtro Supplicationum Apoſtolicarum, Aſſiſtens in Cappella Apoſtolica tempore prefatorum Summorum Pontificum, uſque ad eorumdem obitum. Hic iterum gubernavit Civitatem Urbis Veteris, & vi armorum obtinuit Roccam Nepeſini, & Roccam Isbernie, juxta Urbem Veterem, & demoliri fecit omnia illarum edificia, quod ab initio Mundi non fuit, etiam mirabile dictu, & Civitatem ipſam acriter diſſidentem pacificavit. Hic predicte Cappelle, quam edificavit pro ſubſtentatione duorum Cappellanorum expertorum, & peritorum in Cantu, honore Eccleſie Aquilane, bona propriis pecuniis empta donavit, & tribuit. Hic Chorum in Cappella magna Eccleſie Aquilane ſumptuoſum iterum, & de novo fieri fecit; & Thuribulum unum de argento, & duo Candelabra de argento magna. Item hic reduxit ad obedientiam ſuam, & Epiſcopi Aquilani Abbatem, & Abbatiam Sancte Marie de Bominaco, anno 1456., & compoſuit, quod pro Viſitatione, & Cenſu, & aliis Juribus, ad que tenebatur Epiſcopatui Aquilano, ſolvat omni anno Ducatos de auro ſex, de menſe Septembri, & membra dicte Abbatie ſubjecta ſolvunt quartam decimarum (26).

Hic

(26) De hac Abbatia multa vulgaria afferuntur, ſolida videntur pauca. Aliqua referre licebit ex Regeſto Actorum, & Scripturarum S. Mariae de Bominaco, in fol. in Archivo ejuſdem caute ſervato. Vulgaria ſunt, ſcilicet: Anno 1607. Nuncius Pontificius Neapoli Regi Philippo, longam de Abbatia texens relationem, aſſerit eam fundatam in Dioeceſi Valvenſi a Comite Odoriſio Gallo, an. 1001., cum donatione Villarum Ofaniani, Bominaci, S. Pii, Caporciani, Tuſcie, bonorum, & Eccleſiarum; confirmata a Pontificibus Gregorio VII. an. 1072., a Paſchali II. an. 1116., ab Innocent. II. an. 1138., demum ab Adriano. (Ait in calce Relationis Diplomata praeſentari, quae in libro deſunt.) Proſequitur Nuncius: Ottonem Imperatorem anno 1102. Donationem confirmaſſe, & adauxiſſe Privilegio exigendi *pro qualibet Morra* 500. *pecudum in*

Hic in anno Domini 1456. donavit eidem Eccleſie Aquilane tres Cappas Pluviales, videlicet unam de nigro Damaſchino pro Mortuis, alteram de albo

in reverſione de Dohana Arietem unum. Dohanae antiquitatis Patronus Steph. de Stephano in ſuae *Ration. Paſtoral. Prooem. p.* 1. *art.* 1., & 2. tam veterem non illi aſſignat aetatem. Haec Ottonis confirmatio Acta reperitur per Inſtrumentum *anno* 1102., *anno Imperii XIV., menſe Maji, Indict. X* ſine loco. Otto denique in illo deſcribitur: *De Aſiae Palatio habitator;* & res, quae donantur, dicuntur: *Scriptae in Annalibus noſtris;* & Caſtrum *de Pladucchi, ubi Eccleſia S. Pii* dicitur *Regis Raymundi*, item *res in Comitatu Balvae vocabulo de Peltuinii, Regum Johannis, & Alpherii; res in Caporciano Regis Franciſci.* Hi omnes poſtea firmant ſe: *Comites.* Alte pudet cetera proſequi de hoc Apochrypho Diplomate. Stomachum haec tantum Eruditis movent; ejuſdemque furfuris hanc Cartham oſtendunt, ac illam Ottonis, Datam Epiſcopatui Furconienſi, de qua *Introd. ad hiſt. Aquil. c.* 1. *n.* 2. Pluries & ſparſim tranſcripta legitur in libro ſupralaudato, & mirum eſt, non ſolum Nuntio, ſed Monarchis oſtenſam, & ab ipſis confirmatam; nempe anno 1430. a Johanna II., & ab ea dicitur Monaſterium: *olim Dioeceſis Valvenſis;* anno 1497. a Rege Federico, & anno 1607. ab Rege Philippo III. Mirum etiam, in litigiis agitatis circa pecudum tranſitus exactionem, numquam Privilegium hoc in foro contentioſo allatum, & numquam Summis Pontificibus oſtenſum. Coram *Serafino de Urbino Capitaneo Aquilae* in Aprili, ann. 1426., & conſequenter coram Capitaneis *Petro Jacobo de Catenaciis de Nurſia* in Majo ejuſdem anni, & *Jacobo de Raneriis de Nurſia* anno 1427. per Teſtes a *Fr. Sancto de Leporanica Abbate S. Mariae*, probata fuit *poſſeſſio* tantum a temporibus *Abb. Fr. Nicolai de S. Diometrio*, & Succeſſoris ejus *Fr. D. Nicolai de Bognaria*, *circa ann.* 1300., & Succeſſoris iſtius *Fr. Nicolai de Luculo.* Diploma autem aſſertum fuit vel *Caroli Magni*, vel *Ottonis*, & deperditum tempore, *quo Monaſterium venit ad manus gentium Bracci de Montono* (ann. 1423.), *& haberi litteras pro parte Nicolai Piczinini de Peruſia, quod ſi Abbas vult Privilegium, mittat ipſi, vel Andree Piczinino unum Curſerium.* Decretum fuit in favorem poſſeſſionis; confirmatum 1451. a *Jacobo Captula, Cajetano Aqu. Cap.*, & an. 1531. a *Paulo Cajetano Cap. Aqu.*, & denuo a Dohanae Tribunali an. 1575. Anno denique 1608. lis tranſacta fuit, agitata jamdiu potenter Neapoli, nec oſtenſum Diploma. Ita a Pontifice Calliſto III. an. 1456. obtenta fuit confirmatio Privilegiorum, ſed tantum ſub aſſertione generali: *Exactionis a Regibus indultae*, & an. 1611. a Paulo V. cum aſſertione ſolum: *ſoliti ab immemorabili.* Circa vulgaria quae afferuntur, haec ſatis.

Solida aliqua, ut in *Chron. Farf.* habetur, ſunt Abbatiam diu ante Odoriſium Farfenſi Coenobio pertinuiſſe; & Odoriſium eam reſtauraſſe ex Dipl. Henrici Imp. anni 1019. *Rer. Ital. to.* 2. *p.* 2. *c.* 514., & 587. Et quae de Peltuinis, V. *ibidem c.* 409., & 485. Solida etiam ſunt quae hactenus oſtenſa fuere ex ſupra notato Archivo; nempe, Breve *Honorii P. III. Datum Lateran. X. Cal. Novembr. Pontificat. ann. VII.*, hoc eſt anno 1222., quo recipiuntur ſub Pontificia Protectione Monaſterium, & Monachi, cum omnibus bonis, & Eccleſiis. Haec deſcribuntur in alio longiori Brevi Urbani P. IV., tenoris ſequentis.

„ Urbanus Epiſcopus Servus Servorum
„ Dei..... Abbati Monaſterii S. Ma-
„ riae de Bominaco, ejuſque Fratri-
„ bus...... Veſtris juſtis poſtulationi-
„ bus annuimus, & Monaſterium S.
„ Mariae de Bominaco Valvenſis Dioe-
„ ceſis, in quo eſtis, ſub B. Petri, &
„ noſtra Protectione ſuſcipimus.....
„ ſtatuentes, ut Ordo Monaſtichus,
„ qui ſecundùm Deum, & B. Bene-
„ dicti Regulam in eodem Monaſte-
„ rio inſtitutus eſſe dignoſcitur, in-
„ violabiliter obſervetur: Preterea
„ quaſcumque poſſeſſiones, quaecum-
„ que bona Monaſterium poſſidet, aut
„ in futurum conceſſione Pontificum,
„ largitione Regum, vel Principum
„ oblatione fidelium poterit adipiſci,
„ firma permaneant. In quibus haec
„ propriis duximus exprimenda voca-
„ bulis:

albo Damaſchino, & alteram de viridi figurato. Item annulum unum

Tom. XVII.

A Pontificalem pulchrum. In anno vero Domini 1459. reformari fecit Chorum

C rum

„ bulis: Locum ipſum in quo praefatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis; Sancti Savini, S. Petri, Sanctae Mariae de Civitella Eccleſias, cum omnibus pertinentiis earumdem, quas habetis in Caſtro, quod nominatur Fontecle. Molendina cum aquarum decurſibus, & omnibus pertinentiis eorumdem: nec non terras, vineas, & poſſeſſiones, quas in eodem Caſtro habetis: Eccleſiam Sancti Petri de Ofaniano, cum Eccleſiis dependentibus ab eadem: Eccleſiam Sancti Nicandri: Eccleſiam Sanctae Mariae de Leporanica: Eccleſiam S. Petri de Sinitio; & Eccleſiam S. Criſanti de Felecto, cum Eccleſiis dependentibus ab eadem: Eccleſiam Sancti Benedicti de Perillo, cum Eccleſiis dependentibus ab eadem, & pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sanctae Mariae de Balneo, cum pertinentiis ſuis: Eccleſiam S. Angeli in Sezano, cum molendinis, & pertinentiis ſuis: Terras, Vineas, quas habetis in Caſtris, quae vocantur Bominacum, Caporcianum, Turris, Rocca Praetorii, Leporanica, Ofanianum, Collecorvinum, Capeſtranum, Civitas Ardenga, & Stiffa, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis in boſco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sanè novalium veſtrorum, quae propriis manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis Decimas exigere, vel extorquere praeſumat..... Criſma vero, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationem Clericorum, qui ad Ordines promovendi, à Dioceſano, ſuſcipiatis Epiſcopo..... Infra fines Parochiae veſtrae, ſi eam habetis, nullus ſine aſſenſu Dioceſani & veſtro, Cappellam, ſeu Oratorium de novo conſtruere audeat. Ad haec novas, & indebitas exactiones ab Epiſcopis, aliiſque Eccleſiaſticis,

„ Secularibuſve perſonis a vobis fieri prohibemus. Sepulturam liberam &c. Decimas ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quae a Laicis detinentur, redimendi & liberandi de manibus eorum ſit vobis facultas.... Nulli ergo &c.

B Ego Urbanus Catholicae Eccleſiae Epiſc.

✠ Ego Odo Tuſculanus Epiſc. ſs.

✠ Ego Stephanus Praeneſtinus Ep. ſs.

✠ Ego Fr. Johannes Portuenſis, & Sanctae Rufinae Ep. ſs.

✠ Ego Radulfus Albanen. Ep. ſs.

✠ Ego Henricus Oſtien. & Velletren. Ep. ſs.

✠ Ego Ancherus tit. S. Praxedis Presb. Card. ſs.

C ✠ Ego Fr. Guido tit. S. Laurentii in Luc. Presb. Card. ſs.

✠ Ego Guillelmus tit. S. Marci Pr. Card. ſs.

✠ Ego Fr. Annibaldus Baſilicae duodec. Apoſtol. Pr. Card. ſs.

✠ Ego Riccardus S. Angeli Diac. Card. ſs.

✠ Ego Johannes Sancti Nicolai in Carc. Tullian. Diac. Card. ſs.

✠ Ego Ortholanus S. Adriani Diac. Card. ſs.

✠ Ego Jacobus Sanctae Mariae in Coſmedin Diac. Card. ſs.

D ✠ Ego Gaufridi S. Georgii ad Velum aureum Diac. Card. ſs.

✠ Ego Ubertus S. Euſtachii Diac. Card. ſs.

„ Datum ap. Urbem veterem per man. Magiſtri Michaëlis de Toloſa S. R. E. Vicecancellarii, 3. Non. Julii, Indict. VII. Incarn. Dom. an. 1264, Pontificat. vero D. Urbani P. IV. anno III.

De Juriſdictione nullius Dioeceſis multa hoc in Cathalogo, & quae hoc num. dicuntur, videntur derogare ſequentibus.

E „ Clemens Ep. Servus Servorum Dei .... Pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus Monaſterii de Bominaco Valven. Dioec. expoſitum, quod licet ipſi, & Monaſterium de antiqua & approbata, & hactenus obſervata conſuetudine a tanto tempore, cujus contrarii memoria non extitit, ac etiam per ſpecialia Privilegia a Sede Apoſtolica conceſſa eſſent ab omni viſita-

„ tione

rum in Cappella majori. In eodem anno fieri fecit tria Paramenta de Damaſchino. Unum de nigro colore, alterum de albo, tertium de jallo, cum Cappa Pluviali, & unum Camiſum polimitum in fibriis de ſerico, & auro (27). In anno 1462. fieri, & reparari fecit unam coſtam muri a fundamentis, que corruerat tempore Terremotus magni, qui fuit de menſe Novembris, anni precedentis, quo corruerunt multa aedificia Eccleſiarum, & domorum (28). In anno 1463., quo penultimo die Auguſti creatus fuit Summus Pontifex Dominus Petrus Barbo Venetus, dictus Papa Paulus Secundus, miſſus fuit ad Provinciam Marche Anconitane Generalis Theſaurarius (29), & anno 1465. in Quatuor Temporibus, de menſe Septembris creatus fuit Cardinalis ſecretus proprio motu prefati Pontificis, & Cardinalium, una cum tribus aliis, & tentus fuit ſecretus uſque ad Quatuor Tempora de menſe Septembris anni 1467., dum prefato Theſaurariatu fungeretur, fuit publicatus, & vadens ad Curiam accepit Cappellum a dicto Pontifice, & receptus fuit in Collegio Cardinalium in Sancto Marco de Lapina de Urbe cum magna ſolemnitate, & benevolentia omnium (30). Anno 1468. fecit addi Palatio Epiſcopali in horto partem unius domus, quia Palatium Epiſcopale non capiebat totam familiam, & equos. In anno 1470. fecit fieri aliam domum in capite

„ tione Epiſcopi Aquilani, & alio-
„ rum Judicum ordinariorum prorſus
„ exempti, & a ſolutione Procuratio-
„ nis ratione viſitationis, ac Synoda-
„ tus, charitativi ſubſidii, aut cujusli-
„ bet impoſitionis liberi & immunes;
„ tamen quia propter guerras, quae
„ in illis partibus viguerunt, litterae
„ ſuper Privilegiis confectae, perditae
„ fuerunt, ac niſi per Teſtes docere
„ non poſſunt, nobis fuit ſupplicatum
„ de opportuno remedio providere. I-
„ gitur plenarie informati, nec non
„ conſideratione dilecti filii nobilis Vi-
„ ri Raynaldi de Urſinis, Comitis
„ Talliacotii, ſuper hoc ſupplicantis,
„ Monaſterium, Monachos, bona ſub
„ Beati Petri, ac noſtra protectione
„ ſuſcipimus, & a Vener. Fratris no-
„ ſtri Ep. Aquilani, nec non ordina-
„ riorum viſitatione, jurisdictione, do-
„ minio, ac ſolutione eximimus, &
„ totaliter liberamus; nobis & Sedi
„ praefatae, immediate ſubeſſe decer-
„ nimus...... Nulli ergo &c. Dat.
„ Avinione Non. Febr. Pontific. no-
„ ſtri an. XI. H. Burgenſ. Adeſt Si-
„ gillum Clem. P. VI.

Anno nempe 1352. & legendum *ann. Pont. X.*

„ Innocentius Ep. Serv. Serv. Dei......
„ Dilecti filii Nicolai Abbatis Mo-
„ naſterii Sanctae Mariae de Boni-
„ maco Ord. S. Benedicti Valvenſis
„ Dioec. ſupplicationibus inclinati,
„ eumdem & Monaſterium, cum omni-
„ bus membris ſuis, nec non perſo-
„ nis, ex certis cauſis ab omni Juri-
„ ſdictione, Dominio, & Poteſtate
„ tam Vener. Fr. noſtri Epiſcopi Val-
„ ven., quam aliorum quorumlibet
„ Ordinariorum & Judicum, uſque ad
„ noſtrum beneplacitum eximimus....
„ non obſtantibus..... Nulli ergo &c.
„ Datum Viterbii 17. Kal. Febr. Pon-
„ tific. noſtr. an. 2. H. de Piro.

Adeſt Sigillum Innoc. P. VII., unde eſt anni 1406. Aliis in modernioribus Privilegiis quoque: *Nullius* dicitur Monaſterium. V. Lubin *Notit. Abbat. Ital. lit. B. p.* 53.

Inter ceteros in praenarratis litibus examinatos Teſtes, habetur ann. 1426. *Fr. Matthaeus de Balneo Prior Hoſpitalis Sancti Matthaei.* Hoc erat tunc Hoſpitale Projectorum Infantium, & Monaſterium olim Fratrum Cruciferorum, quorum mentio in *Chron. Franc. Angelut. num.* 46.

(27) Quae anno 1460. V. *Ibid. num.* 4.

(28) *Ibid. numm.* 7., 14.

(29) Redierat Aquilam an. 1464. *Ibid. num.* 26.

(30) *Ibid. num.* 34. Et Aquilam repetiit an. 1368. *Ibid. num.* 37.

pite horti, & fecit timpanare Eccleſiam Cathedralem pulchre, & depingi; ſcilicet navem majorem, & Crucem ipſius Eccleſie, ſic communiter nuncupatam (31). Item anno 1472. tempore Domini Sixti, anno primo fieri fecit voltas, ſeu textudines ſub tecto Eccleſie majoris Aquilane de lapidibus. Eodem anno donavit eidem Eccleſie Paramentum unum pulchrum de panno aureo, ſcilicet Pluviale, Caſulam, Tunicellam, & Dalmaticam, valoris Ducatorum auri circa quingentorũ. Item unum Baldacchinum de panno antedicto ad coperiendum Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti, deferendum in Feſto ipſius per Civitatem. (32)

PARS SECUNDA.

I. BErardo primo Epiſcopo Aquilano, a Prelatis Eccleſiarum de Amiterno factum fuit Inſtrumentum obedientie, & reverentie. (33)

II. Dominus Nicolaus de Sinitio ſecundus Epiſcopus Aquilanus impetravit Privilegium Incarnationis Dominice anno 1285., continens Ordinationes, & Statuta ſub bulla facta, & ordinata per Regem Carolum Secundum, vivente glorioſo Rege Carolo Primo approbata, & confirmata, & declarata per felicis recordationis Honorium B P. IV. in favorem Eccleſiarum, & pertinentiarum Eccleſiarum Regni Sicilie. (34)

 III. Do-

(31) Anno tamen 1471. *Ibid. num.* 42. quò Romam ivit. *Ibid. num.* 45.

(32) Addendum ex Regeſt. Vatic. ap. *Ughell. to.* 1. *ad Aqu. num.* 18. Amicum reſignaſſe, & electum fuiſſe 21. Mart. 1472. Franciſcum ejuſdem Nepotem. Hic obiit ann. 1476., die 8. Aug. *Franc. Angelut. num.* 55.

Amicus Epiſcopus iterum electus 28. Auguſti 1476. Bulla Sixti penes illius haeredes, haec habet:

„ Sixtus Ep. Serv. Serv. Dei. Dilectis „ filiis univerſis, Vaxallis & Subditis „ Eccl. Aquilanae S. & A. B. Hodie Eccleſiae Aquilanae, per obitum b. m. Franciſci Ep. Aquilani, „ qui extra Rom. Curiam debitum „ naturae perſolvit, vacantis de perſona dilecti filii noſtri Amici, tit. „ Sanctae Mariae in Tranſtiberim, „ Presbit. Cardin., de Fratrum noſtrorum Conſilio duximus providendum, praeficiendo eum eidem Eccl. „ in Epiſcopum & Paſtorem, curam „ & adminiſtrationem ejuſdem Aqu. „ Eccl. ſibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo..... „ Quo circa Univerſitati veſtrae per „ Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus eumdem tamquam Patrem & „ Paſtorem animarum veſtrarum devotè ſuſcipientes fidelitatem ſolitam, „ nec non conſueta ſervitia ac jura a „ vobis debita exhibere ſtudeatis; Alioquin ſententiam ſive poenam, „ quam idem Card. & Epiſcopus rite „ tulerit in Rebelles, ratam habebimus, & faciemus uſque ad ſatisfactionem obſervari.

„ Datum Fulgin. Ann. Incarn. Dom. „ 1476., quinto Kal. Septembr. Pont. „ noſtr. ann. VI. G. Bonattus.

At obiit eodem anno, die 17. Novembr. *Franc. Angelut. num.* 57. Succeſſorem habuit Ludovicum de Borſſis, de quo ann. 1377. *Idem ibidem num.* 60.

(33) Acta haec, ut plurimum breviata, & a ſuperfluis expurgata dantur.

(34) Addenda eſt Actis Nicolai Fundatio Eccleſiae S. Auguſtini, de qua Torell. *ſec. Auguſt. to.* 1. *ann.* 1283. *n.* 26. In Coenobii Aquilani ejuſdem Eccleſiae Tabulario membrana ſic legitur:

„ In nomine Domini. Anno ejuſdem „ Incarn. 1282. menſe Martii, die „ 21. X. Indict. Regnante Dom. noſtro Rege Carolo...... Regnorum „ Hyeruſalem anno VI., Sicilie vero „ anno XVII. Nos quidem Raynaldus Dom. Bartholomei de Baczano „ auct. Regia Judex Aquile & Bajulus,

A III. Dominus Nicolaus de Caſtroceli tertius Epiſcopus Aquilanus, tem-

,, lus, & Notarius Berardus qu. Tho-
,, me Balnenſis Civis Aquile..... te-
,, ſtamur preſenti Scripto publico,
,, quod tam in preſentia noſtra, quam
,, Teſtium, videlicet Dom. Bernardi
,, de Rodio, D. Beraldi, de Ariſca,
,, Bertrandi de Collebrinconio, Not.
,, Thome Andree de Paganica, Be-
B ,, rardi Joſeph de Foſſa, Not. An-
,, dree de Popleto, Not. Joſeph de
,, S. Demitro, Not. Pauli de Anza,
,, Not. Jannutii de S. Ciprano; Ve-
,, nerabilis Pater & Dominus N. E-
,, piſcopus Aquilenſis, ad locum S.
,, Auguſtini de Aquila, perſonaliter
,, accedens ibidem celebravit Divina,
,, preſenti Dom. Berardo Regio Ca-
,, pitaneo Aquile, & aliis pluribus,
,, concedens Fratribus Conventus S.
C ,, Auguſtini, nomine ipſius Sancti Au-
,, guſtini ibidem Eccleſiam conſtruen-
,, dam; in fundamento autem, in qua
,, murus pro ipſa debebat fieri, pri-
,, mum lapidem benedixit, miſit, &
,, poſuit: Et ex parte Dei omnipo-
,, tentis & B. Mariae ſemper V., &
,, SS. Mart. Maximi & Georgii, nec
,, non B. Auguſtini. Quicumque adju-
,, torium fecerit ſe ſuis bonis, XL.
,, dies de injuncta penitentia relaxa-
,, vit. Cimiterium concedens &c. Ad
D ,, iſtius rei memoriam, ad inſtantiam
,, Fratrum &c. Actum Aquile ad di-
,, ctum locum S. Auguſtini.

Huic fuit Eccleſiae dono data vicina Eccleſia S. Tuſſii de Balneo. Tum Inſtrumenta publica ann. 1295., tum Acta unionis per Epiſcopum Angelum ann. 1331. in laudato aſſervantur Archivo.

Celebris etiam ſub Nicolao fundatio eſt Eccleſiae, & Monaſterii Sanctae Mariae de Collemadio Coeleſtinorum operâ Petri de Murrone, poſtea S. Coeleſtini V. Ex Monaſterii Archivo hanc Alferius tranſcripſit Bullam in ſua *Aquil. Sacr. ms. p* 38. E

,, Fr. Nicolaus Div. permiſſione Aqui-
,, lenſis Epiſcopus. Religioſis Viris Fr.
,, Petro de Murrone, & Abbati Mo-
,, naſterii S. Spiritus de Majella, &
,, Conventui ejuſdem Diœceſis Thea-
,, tine tam preſentibus, quam futuris
,, Ordinis S. Benedicti Salutem in Do-
,, mino ſempiternam......... Pie ac
,, humili petitioni veſtre benigno con-
,, currentes aſſenſu; de ſpontanea vo-
,, luntate & aſſenſu totius Capituli
,, noſtri, Oratorium, vel Eccleſiam,
,, que per vos denuo conſtruitur ad
,, honorem B. Marie V. glorioſe, &
,, Benedicti, cujus Habitum & Ordi-
,, nem profitemini, in Territorio Civ.
,, Aquile in loco, ubi dicitur: Colle-
,, maju, cum omnibus bonis, que nunc
,, habet & poſſidet, & que in futu-
,, rum poterit adipiſci, & perſonas
,, veſtras, & Fratrum volumus liber-
,, tate gaudere..... tam a lege Dio-
,, ceſana, quam a lege Juriſdictionis,
,, & ab omni Epiſcopali jure tam in
,, temporalibus, quam in ſpiritualibus
,, pleno jure prorſus eximimus; quod
,, nec etiam Cathedratice Viſitatio-
,, nis, Procurationis, & Correctionis
,, pretextu, ſeu alia quacumque ratio-
,, ne per nos & ſucceſſores noſtros, a
,, Fratribus & Eccleſia aliquod exiga-
,, tur. Nec excommunicari..... ad
,, Synodum vocari, vel ad Placitum
,, trahi..... vobis invitis nullatenus
,, valeatis; ſalvo Interdicto Generali
,, ... Si aliquis Aquilenſis, vel Dio-
,, ceſanus noſter in Eccl. S. Marie
,, ſibi elegerint ſepulturam &c. Pro
,, quibus omnibus vos & ſucceſſores
,, nomine ejuſdem Eccleſie, nomine
,, penſionis, vel Cenſus libram unam
,, Cere tantum annuatim in Feſto B.
,, Maximi, Epiſcopo ſponte dare per-
,, petuo promiſiſtis. Nulli ergo......
,, In cujus teſtimonium preſens Privi-
,, legium vobis fieri fecimus, noſtri,
,, ac ipſius Capituli ſigilli munimine
,, communitum. Actum eſt hoc A-
,, quile in Eccleſia Aquilanenſi in an-
,, no D. 1287., die *6.* men. Octobris,
,, I. Indict., Apoſtolica Sede Vacante.

Hanc ſi vidiſſet Bullam Papebrochius in *Adnotationibus*, ad quae ſequuntur Carmina Jacobi Cardinalis de *Coronatione Caeleſtini V.* in laudata Eccleſia, celebratâ anno 1294.

*De foris & Thalamus Campo * ſublimis aperto*
Structus erat juxta Templum.....

Neutiquam dixiſſet: * *in quo fuit conſtructa Eccleſia Collis-madii*. Ni fortaſſe dicas, tunc parvam, & poſtea il-
lo

tempore Bonifatii Pape Octavi (35), recepit ad manus ſuas, & ſuam menſam Eccleſiam Sancti Euſanii, tanquam ad eum pleno jure ſpectantem,

& per

lo in *Campo* ampliorem factam. *In Rer. Italic. to.* 3. *c.* 635. *not.* 29. De hac Coronatione multa Boet. Raynald. *ſt.* 186., *& ſeqq.*, quibus addas, ſi placet, quae Nicol. Ludovici, ſi ipſe Auctor eſt *Chronicae novae*, de qua in *Praefat. ad Boet. Raynald.* ſubjungit, de Carolo II. (ſcribebat anno 1493.) nempe:

Ipſo Re Carlo la Corona preſe
Da Petri Celeſtino in Collemagio
Ni mille ducento novanta quattro con bon ſpeſe,
Dove per vedere, & dare homagio,
Dui cento milia perſone foro adunate.

Nicolaus denique fundationi Eccleſiae Ciſtercienſium interfuit an. 1292. At hac de re Ughellius *Ital. Sac. tom.* 1. *ad Aquil. num.* 2.

(35) Quae Nicolaus egit anno 1296. pro Juriſdictione Eccleſiae S. Blaſii de Amiterno, Ughellius innuit *to.* 1. *c.* 382. Vid. *Introd. ad hiſt. Aqu. c.* 2. *n.* 6. & ex Inſtrumento in S. Blaſii Archivo habentur, quae ſequuntur:

,, In Dei nom. A. Nos Fr. Nicolaus,
,, miſeratione Divina, Aquilanus E-
,, piſcopus notum facimus univerſis,
,, quod diſcretus Vir Raynaldus Ar-
,, chipresbiter Eccleſie S. Victorini de
,, Amiterno, & Capitulum ejuſdem,
,, ſua nobis conqueſtione monſtrave-
,, runt, quod ipſi & Predeceſſores eo-
,, rum ab eo tempore, cujus memo-
,, ria non exiſtit, fuerunt in poſſeſſio-
,, ne pacifica, vel quaſi exercendi ju-
,, riſdictionem ſpiritualem & tempo-
,, ralem in his, que ad Eccleſiaſticum
,, Forum ſpectare noſcuntur in Cap-
,, pellis, & Eccleſiis, Clericis, ac
,, Laicis de Caſtris Pizzuli, Clareni,
,, Porcinarii, Rocce de Venis, & San-
,, cti Victorini, & ſub hac proteſta-
,, tione ſue Juriſdictionis ſibi ſervan-
,, de Magiſter Thomas predeceſſor
,, ipſius Archipresbiteri juravit obe-
,, dientiam & reverentiam Domino
,, B. quondam Epiſcopo Aquilenſi,
,, cum Amiterni Incole ad Aquilen-
,, ſem Eccleſiam venerunt; Nos ta-
,, men ipſis hujuſmodi eorum jura ob-
,, ſervari facere non faciebamus in ipſo-
,, rum, & predicte Eccleſie S. Victo-
,, rini prejudicium & gravamen. Nos
,, vero attendentes, quod indignum
,, valde erat, quod noſtri pretextu
,, Subditis noſtris injuria fieret, qui
,, poſiti ſumus, ut aliorum debeamus
,, jura tueri; Inſpecta tamen forma
,, Inſtrumenti, quod confectum fuit
,, tempore noſtri Predeceſſoris jam di-
,, cti, revocabatur in dubium a no-
,, bis, & Capitulo noſtro de auctori-
,, tate & juriſdictione hujuſmodi pre-
,, dictorum Archipresbiteri, & Capi-
,, tuli: Ne ſuper predictis in futurum
,, poſſit oriri Controverſia, ſeu Que-
,, ſtio inter nos & Eccleſiam noſtram
,, Aquilenſem, & Archipresbiterum
,, & Capitulum, ac ipſam Eccleſiam
,, S. Victorini, ad eorum inſtantiam
,, deſcendimus ad inquirendum; Vo-
,, lentes quod predicti Archipr. & Cap.
,, nobis fidem facerent de auctoritate
,, & juriſd. predicta, & qualiter ipſam
,, juriſdictionem aliàs exercuerunt,
,, quaſi Ordinarii in omnibus Cauſis
,, Eccleſiaſticis & Spiritualibus, que
,, occurrebant, & occurrere poterant
,, in locis predictis. Exhibitiſque Ar-
,, ticulis pro parte Archipr. & Cap.
,, d. Eccl. S. Victorini ſuper juriſd.
,, & auctoritate prefatis, & receptis
,, teſtibus juratis, & examinatis ſuper
,, Articulis receptis in ipſorum proba-
,, tionibus, productiſque eorum Inſtru-
,, mentis, & diligenter inſpectis, &
,, eis deliberate prehabitis diligenter
,, recenſitis: Quia conſtitit evidenter,
,, quod predicti Archipr. & Cap. S.
,, Victorini ab eo tempore, cujus non
,, extat memoria, in predictis Eccle-
,, ſiis, Clericis, Laicis Juriſdictionem
,, ſpiritualem & temporalem in his,
,, que ad Forum Eccleſiaſticum ſpe-
,, ctare noſcuntur uſque ad hec tem-
,, pora exercuerunt plenarie. Chriſti
,, nomine invocato, deliberatione no-
,, biſcum prehabita, & habito Conſi-
,, lio peritorum vocato Capitulo A-
,, quilenſi ad diffinitionem & ſenten-
,, tiam audiendam, aſſidente nobis Ser
,, Paulo Canonico Eccleſie Aquilen-
,, ſis electo a nobis & Capitulo A-
,, quilenſi aſſeſſore, & examinatore
,, teſtium productorum ex parte dicti
,, Archipr. & Cap. S. Victorini. De-

,, clara-

A & per publicum Inſtrumentum, cujus tenor talis eſt:

„ claramus & ſententialiter diffinimus
„ ad perpetuam rei memoriam pred.
„ Archipr. & Capit. S. Victorini, &
„ predeceſſores eorum habuiſſe ab eo
„ tempore, cujus memoria non exi-
„ ſtit, & habere adhuc & exercere
„ debere in pred. Eccleſiis & locis
B „ ſpiritualem & temporalem Juriſdi-
„ ctionem in his, que ad Forum Ec-
„ cleſiaſticum ſpectare noſcuntur, ju-
„ xta tenorem predictarum probatio-
„ num & Inſtrumentorum predictorum
„ Archipresb. & Cap. S. Victorini,
„ & ipſos in poſſeſſione, vel quaſi
„ predicte Juriſdictionis & auctorita-
„ tis hujuſmodi conſervamus. Inhi-
„ bentes expreſſe ſub excommunica-
„ tionis pena, quod nemo audeat in
„ pred. omnibus de cetero perturbare;
C „ jure appellationis nobis & Eccleſie
„ noſtre plenarie reſervato. Actum a-
„ pud Aquilam in Palatio pred. Do-
„ mini Epiſcopi, preſentibus pred.
„ Dom. R. Archipresb. S. Victorini,
„ & Capitulo d. Eccl. Aquilenſis, &
„ acceptantibus ſub an. Nat. Dom.
„ 1296., men. Decembr. die 10. ejuſd.
„ X. Ind. ct. temp. D. Bonifacii P.
„ VIII. Pontific. ejus anno I. in pre-
„ ſentia Notarii Andree Gentilis de
D „ Poppleto, publici Notarii Civ. A-
„ quile, & teſtium ſubſcriptorum; vid.
„ Ser Jacobi Berardi de Poppleto,
„ Jannutii Nepotis dicti Dom. Epi-
„ ſcopi; Donni Joannis & Angeli
„ Zappatoris de S. Victorino Civium
„ Aquile. Unde ad futuram &c.

Inter ſacras Aedes hiſce Urbis primordiis fundatas, procul dubio Conventus fuit Dominicanorum; nec fallant Lectores Boetii de Raynaldo verba, *ſt.* E 237., quibus ait Carolum II. Regem, anno 1309., & Eccleſiam fundaſſe horum Fratrum Aquilae, eamque Reliquiis S. Mariae Magdalenae (de quibus ſat Launoyus) locupletaſſe: Nam, ſicuti ibi *not.* 43., Eccleſiam tantum, non Conventum fundaſſe dicit. Hunc antea extitiſſe probant, quae de acceſſu ejuſdem Caroli ad illum eodem anno cecinit ipſemet Boetius, *ſt.* 236. Item habetur mentio Fr. Bartholomaei Prioris Aquilani Conventus in Diplomate ejuſdem Regis, anno 1299. ad *Boet. Rainald. not.* 38., & ab eo-

„ In nomine Domini. Amen. An-
„ no Domini 1303., die nono men-
„ ſis

dem Boetio *ſt.* 164. ſcriptum fuit anno 1290. in Conventu Dominicanorum, Carolum Martellum hoſpitatum fuiſſe; demum anno 1258. Teſtes rogati in Inſtrumento acto Aquilae, & allato in *Introd. ad hiſt. Aquil. cap.* 4. *num.* 6. leguntur: *Fr. Jacobus de Amiterno Ord. Praedicatorum*, *& Fr. Thomaſius de Undis Ord. Minorum*. Hinc forſitan uſque ab anno 1258. horum Ordinum Aquilae exiſtebant Conventus. Et pro Dominicanis addenda, quae ex Dominicani Archivi membranaceis Scripturis a ſe viſis, ſcribunt & Johan. Joſeph Alferius *Aqu. Sac. ms. p.* 98., & Cl. Criſpus in ſuis Schedulis, penes Erud. Hyacinthum Benedictum Aqu. Patritium. Scribunt nempe, vidiſſe Diploma anni 1300., diei 24. Februar. Datum Aquilae a Bartholomaeo de Capua Regente nomine Caroli II. Regis, quo concedit Fratribus Palatium Realis Reſidentiae, & hortum contiguum in locali Guaſtoairno appellato, conterminis Comite Jacobo, & Comite Matthaeo, & Notario Vaſto, & deſumunt ex Diplomatis verbis, Conventum antiquum jam extructum prope dictum Palatium. De Palatio iſto, idea & ordo videntur in Diplom. Frider. II. *Introd. ad hiſt. Aqu. cap.* 3. *not.* 7. Scribunt inſuper ſupradicti, vidiſſe ejuſdem Regentis Bartholomaei Privilegium, Datum Averſae die 19. Septembr. anno 1304., quo conceditur Fratribus uſus aquae pro Conventu ab aqua publica derivandae; & a Rege confirmatum. Uſus hic etiam conceditur a Civibus Aquilanis anno 1466. *Franc. Angelut. Chron. num.* 29., vel quia Regia Conceſſio abolita, vel quia ejus executio uſque tum prorogata. Demum aſſerunt anno 1308. Diploma donationis bonorum pro Eccleſie conſtructione; at hoc (nam prima inaniter modo fuerunt quaeſita) ab Originali membrana tranſcribitur:

„ Karolus Secundus D. G. Rex Hyer.
„ & Sic. Ducatus Apulie..... Uni-
„ verſis..... Terram quamdam in-
„ cultam, ſitam inter Saxam & Po-
„ dium Sancte Marie, que ponitur
„ eſſe precii unciarum auri octo, vel
„ circa

A ,, ſis Maji, prima Indictione, re-
,, gnante Domino noſtro Carolo Se-
,, cundo Inclito Rege Jeruſalem, Si-
,, cilie, & Regnorum ejus anno no-
,, nodecimo, & Pontificatus Domini
,, Bonifatii Pape Octavi, anno no-
,, no, in preſentia mei Joannis de
,, Balneo publici Notarii, & Vene-
,, rabilium Virorum Archipresbiteri,
B ,, & Capituli Aquilenſis, Venerabi-
,, lis Pater Dominus Nicolaus, Dei
,, gratia Epiſcopus Aquilenſis, con-
,, ſiderans, & aſſerendo, prudentius
,, attendens, quod Eccleſia S. Euſa-
,, nii de Furcona pleno jure ſpectat,
,, & pertinet ad Eccleſiam Aquilen
,, ſem, videlicet ad Menſam Epiſco-
,, palem, quod adeo eſt publicum,
C ,, & notorium in Civitate, & Dio-
,, ceſi Aquilenſi, quod nulla poteſt
,, tergiverſatione celari. Quia Eccle-
,, ſia ipſa vacabat ad preſens tam de
,, jure, quam de facto, per priva-
,, tionem deinde factam per ipſum
,, Epiſcopum in perſonam Tomaſſii
,, de Foſſa, qui ſe gerebat pro ipſius
,, Eccleſie Prepoſito, in ſue anime
,, periculum tenuerat occupatam Ec-
,, cleſiam ipſam, cum omnibus juri-
,, bus, redditibus, & proventibus
,, ſuis, Vaſſallis, & Jurisdictionibus
,, cunctis ad eamdem ſpectantibus,
,, auctoritate ordinaria, ad jus, &
,, proprietatem predicte Eccleſie A-
,, quilenſis, & Menſe Epiſcopalis,
,, revocavit, & reincorporavit Men-
,, ſe predicte predicto Thomaſſio, &
,, cuilibet alteri ſuper Eccleſia ipſa,
,, & juribus antedictis perpetuum ſi-
,, lentium imponendo. Ad cujus rei
,, futuram memoriam preſens publi-
,, cum Inſtrumentum idem Dominus
,, Epiſcopus fieri fecit, & actum A-
,, quile in Palatio dicti Domini E-
,, piſcopi &c. (36)

IV. Do-

,, circa, & ad noſtram Curiam perti-
,, nere; nec non bona feudalia ſita in
,, Territorio Montis Urſelli, que fuiſ-
D ,, ſe quond. Johannis Arpini de Mon-
,, te Urſello, nunc ad eamdem no-
,, ſtram Curiam legitime devoluta fue-
,, runt; Quorum precium aſcendere
,, dicitur ad uncias auri XX., vel
,, circa; Religioſis Viris Priori, &
,, Conventui Fratûm Predicatorum de
,, Aquila in adminiculum expenſarum
,, faciendarum pro coſtructione nove
,, ... noſtre ſunt manibus Curie;
,, damus, donamus, de liberalirate me-
E ,, ra tradimus etiam, & concedimus
,, gratioſe. Alioquin ſi per aliquem
,, ... omnem proprietatem,
,, atque Dominium...... poſſint di-
,, ſtrahere, vendere, &c. ſub compe-
,, tenti ſervitio, pro bonis ipſis Feu-
,, dalibus Curie noſtre preſtando, pre-
,, cium redigendum exinde uſque vi-
,, delicet ad uncias XXVIII. ponde-
,, ris generalis in coſtructionem ipſius
,, Eccleſie, & in nullum uſum alium
,, converſuri .... Dat. Maſſilie
,, per Ven. Vir. Magiſtr. Guillelmum
,, Ebraldi Archidiac. Aquenſem Vi-
,, cecancellarium Regn. noſtri Sicilie,
,, anno D. 1308., die 21. Januar. VI.
,, Indict. Regnor. noſtr. an. 24.

Altero Diplomate *Maſſilie* pariter dato *ann. D.* 1308. *die* 20. *Januar. VI. Indict. Regnor. ann.* 24. praecipit idem Rex immitti Conventum in poſſeſſionem *bonorum dotalium qu. Johannae viduę relictae Gentilis de Poppleto Militis*, ab hac Teſtamento Conventui donatorum.

Reſtaurabatur ergo Eccleſia anno 1309., & inde Conventus amplior reddebatur, unde legitur in Clauſtri artiqui Columnella ſculptum: A. D. M. CCC. XXX. VI. Ex his omnibus, forſan loca, quibus apud Boet. Raynaldum legitur: Regios Viros hoſpitatos *in S. Dominico* fuiſſe, interpretanda ſunt: In Regali Palatio, prope Sancti Dominici Templum.

(36) Ad hanc Praepoſituram attinent, quae Ughellius *to.* 1. *col.* 384., quae *infr. nu.* 4. 6. 7., & denique locatio fructuum anno 1414. in Originali hujus *Cathalogi*, *fol.* 67.

IV. Dominus Philippus Epiſcopus Aquilanus, ut Prepoſitus Eccleſie Sanĉti Euſanii, fecit Inventarium omnium bonorum, & jurium diĉte Eccleſie anno Domini 1313, menſe Maji. A

Fecit Inventarium, ſeu Martellorium de omnibus poſſeſſionibus, ſive rebus immobilibus, quocumque jure ſpeĉtantibus ad Epiſcopatum Aquilenſem, ſub an. Domini 1313 (37) B

V. Fecit aliud Inventarium, in quo continentur omnia debita, & ſervitia, que Epiſcopatui Aquilenſi debentur ab Eccleſiis Civitatis Aquile, & ejus Dioceſi, ſumptum ab antiquo libro Sanĉti Maximi.

Eccleſia S. Andree de Stiffia.
Ec. S. Angeli de Biſegna, C
S. Angeli de Ocra,
S. Petri de Vinialibus,
S. Laurentii de Rocca de Medio,
S. Lucie de Rocca de Cambio,
S. Martini de Ocra,
S. Scholaſtice,
S. Nicolai de Plage de Monticlis,
S. Petri de Undis,
S. Simeonis de Undis, D
S. Gregorii in Campo,
S. Euſemie de Paganica,
S. Gregorii de Paganica,
S. Nicolai de Valle majori,
SS. Piccaronis, Joannis, Clementis, & S. Marie de Grottole de Foſſa,
Chlerici S. Demetrii.
S. Martini de Picenzo, E
S. Marie de Picenzo,
S. Baſilii de S. Baſile de Bariſciano,
S. Valentini de Feriis de Picenzia,
S. Martini de Caſtro majori,
S. Joannis de Camarda,
S. Chriſanĉti de Filetto,
S. Marie de Aſſerico,
S. Petri de Genca,
S. Marie de Cippo Nigro, aliàs de Guaſto,
S. Silveſtri de Colle Brincono,
SS. Lucie, & Barbare de Paganica,
S. Marie de Interveris,
S. Antimi de Paganica,
S. Eutitii de Paganica,
SS. Gregorii, Angeli, Petri, & S. Crucis de Paganica,
S. Marie de Paganica,
S. Juſtini de Paganica,
Eccl. Thomei de Cadicla,
SS. Bartholomei, & Viĉtorini de Paganica,
S. Juſte de Bazano,
Eccleſie, que ſunt de Giniano,
S. Flaviani Turientis,
S. Viĉtoris de Turribus,
S. Petri ad Marginem, cum Eccleſiis, que ſunt in eodem loco,
S. Salvatoris de Turribus,
SS. Martini, & Quintiani de Pile, cum aliis Eccleſiis diĉti loci,
SS. Laurentii, & Petri de Saxa,
S. Joannis ad Civitatem,
S. Crucis de Civitate,
S. Stephani de Rocca,
S. Thomei de Latroja,
S. Marie ad Baranum,
S. Nicolai de Tornimparte, cum aliis Eccleſiis ibi,
S. Viti de Tornimparte,
S. Ma-

(37) Dignum obſervationis eſt in hoc Inventario (piget enim illud tranſcribere) nullam adeſſe mentionem de lacu Celani, Portu Sanĉti Flaviani, & hujuſmodi dono datis Epiſcopatui ab Ottone I. afferto Diplomate, de quo *Introd. ad Hiſt. Aquil. cap.* 1. *n.* 3.

Addendum, a Joanne P. XXI. Philippum Epiſcopum, cum Eugubino & Narnienſi Epiſcopis Defenſorem Auguſtinianorum Vallis Spoletanae, creatum fuiſſe, ex Bulla, *Dat. Avinion. IV. Kal. Maji*, *Pontific. an.* 1., exiſtente in Tabulario S. Auguſtini Aquilae.

A S. Marie de Caſtilione de Tornimparte, edificata tempore Epiſcopi Paoli, (38)
S. Leonardi de dicto Caſtilione, edificata tempore Epiſcopi Jacobi, (39)
S. Leonardi de Porcinario de Aquila, tempore ejuſdem Domini Jacobi, (40)
B Eccleſia, Confraternitas, & Hoſpitale Sancti Leonardi, retro locum Fratrum Minorum de Aquila, tempore ejuſdem,
S. Angeli in Riveria, edificata tempore ejuſdem,
S. Joannis prope Eccleſiam S. Paoli della Barete in Aquila, edificata tempore ejuſdem,
C SS. Panphili, & Cecilie de Tornimparte,
S. Salvatoris de Podio S. Marie,
S. Marie de Podio,
S. Cryſogoni de Podio ſupradicto,
S. Martini Turonenſis, & S. Martini Presbiteri Dodi,
S. Andree, & Menne de Sylva plana,
D S. Georgii de Collementis, cum aliis Eccleſiis in eodem loco,
S. Joannis della Cappella de Collemente, cum Sanctis Euſanio, & Sebaſtiano,
S. Gregorii della Foce,
S. Genne de Lardeſſano, cum Eccleſia, que eſt in Collibus,
S. Joannis ad Curiam,
E S. Martiani de Rodio,
S. Marie de Rodio,
S. Thome de Leucore,
S. Cypriani de Balneo,
SS. Juſtini, & Angeli ad Peduci,
S. Tuſci de Balneo,
S. Angeli ad Paradoſſum,
S. Marie de Balneo.

(38) Nempe poſt ann. 1348. *Cath. p.* 1. *n.* 8.
(39) *Ibid. n.* 12.

Eccl. S. Juvenalis de Balneo.
Eccl. S. Pauli de Balneo,
S. Felicis de Ocre,
SS. Salvatoris, & Joannis della Cappella, cum S. Panphilo.
Eccl. Salvatoris de Presbitero Simundu,
S. Marie de Rocca de Medio,
S. Nicolai, que eſt Hoſpitale de Civita Sidonia,
S. Auguſtini de Aquila, pro Eccleſia Sancti Tuſci de Balneo, per Angelum Epiſcopum Aquilanum,
S. Martini de Caſentino,
S. Joannis ad Caſentinum,
S. Joannis de via Furocinenſi,
S. Demetrii,
S. Flaviani de Bariſciano,
S. Euſanii,
S. Angeli de Biſegnia,
S. Paoli de Paganica,
S. Valentini de Freriis,
S. Martini de Peſculo Majori,
S. Libandi de Freriis,
S. Marie de Interveris,
S. Antimi de Interveris,
S. Gregorii de Paganica,
S. Marie de Guaſto,
S. Marie de Pilis,
S. Leonardi de Rodio.
S. Felicis de Camardoſa,
S. Marie de Pretarotara,
S. Angeli de Luculo,
S. Antonii de Rocca de Medio,
S. Marie ad Pontem de Rodio, edificata tempore Domini Amici, Epiſcopi Aquilani,
S. Salvatoris intus Caſtrum Ocre, edificata tempore ejuſdem, an. Domini 1449 (41)
S. Marie de Succurſu, extra Portam Leonem, edificata tempore ejuſdem,

(40) *Infr. n.* 18.
(41) *Cath. p.* 1. *n.* 13.

S Juſte de Bazano,
S. Martini de Ocra,
Monaſterium S. Marie Magdalene,
Monaſterium S. Eucariſtie, annuatim Epiſcopatui libram unam candelarum de cera; Inſtrumentum publicum habet Ludovicus de Gallioffis, (42)
Monaſterium S. Nicolai de Interveris.
Item pro Cappella noviter edificata tempore mei Epiſcopi Amici.
Eccleſia S. Nunctii de Rocca de Medio,
S. Marie de Foſſa,
S. Nicolai ad Baranum,
S. Thomei de Vigliano,
S. Petri de Rocca de Cornu,
S. Marie de Cornu,
S. Marie de Raſcino,
S. Antimi de Caſcina,
S. Donati de Furcella,
S. Leontii de Cambiano,
S. Coſmi de Cambiano,
S. Paoli della Parete, cum Cappellis,
S. Petri de Preturo,
S. Marie ad Civitatem,
S. Victurini, cum Cappellis,
S. Petri de Popleto,
S. Sixti de S. Antia, cum S. Nicolao de Vigio,
S. Juliani dellavareta, cum Cappellis,
S. Salvatoris de Picentiis.

He ſunt Eccleſie de Vallata.

Monaſterium de Bominaco, cum S. Benedicto in Perillo.
Eccleſia S. Marie de Euphaniano,
S. Marie ad Pontem,
SS. Georgii, & Juſte de Cordianum de Vallibus,

(42) Datur *infr. n.* 16.

A S. Angeli de Navellis,
S. Paoli ad Poldinis, cum S. Nicandro, & S. Stephano,
S. Thomei de Bariſciano inferiori,
S. Sabini de Beffio, cum Eccleſia S. Marie de Roccapretura,
S. Nicolai de Fonticlis,
S. Salvatoris de Collepetro,
Eccleſie de Civitardenga,
B S. Petri de Collepetro,
S. Victorini de Ripa de Fagnanis;
Eccleſie de Acciano.
Eccleſia S. Silveſtri de Petravactita,
S. Matthei de Cimirco, reformata per Epiſcopum Amicum, an. Domini 1458. (43) cum hominibus, & maxariis de Caſcina,
S. Marci de Preturo.

C

Eccleſie de Scopleto.

Eccleſia S. Joannis de S. Victorino;
S. Petre de Rumonibus de Paganica,
SS. Venantii, & Petri de Paganica,
S. Juſte de Saxa,
S. Marie, & S. Petri de Vallibus,
D S. Marie de Caſentino,
S. Clementis de Afferico,
S. Marie de Saxa, S. Paoli, & S. Eugenie,
S. Nicolai de Barano,
S. Crucis de Luculo in Colle de Rodio,
S. Mendati de Lucolo,
E S. Crucis de Lucolo,
S. Thomei de Bariſciano inferiori in Aquila,
S. Marie de Collectara,
S. Benedicti de Aquaviva,
S. Petri de Pedeville de Tornamparte,
S. Joannis de Rocca Odoriſii,
S. Ma-

(43) Auctaria haec non quoad omnia Inventarium dicunt Philippi.

S. Marie intercanalibus de Foſſa,
SS. Jacinti, & Prompti, reducta per Epiſcopum Amicum, 1348. in Villa de Cavallara de Pizulo,
S. Andree de Poza, cum S. Fortunato,
S. Matthei de Cunio,
S. Leuterii prope Aſſericum,
S. Marie de Letaſiis,
S. Antonii,
S. Loteris,
S. Marie ad Glorianum,
S. Marie ad Gordianum,
S. Bartholomei de Faſchiano,
S. Angeli de Pretoſa,
S. Balbine,
S. Angeli de Ocra,
S. Jacobi de Rivera,
S. Nicolai de Poza,
S. Nicolai de Ceſis de Pretura,
S. Siverii,
S. Petri de Aſpreto de Podio Picenza,
S. Angeli de Caſtiglione,
S. Matthei de Ceſis,
Hoſpitale S. Matthei, cum Cappellis.
Eccl. S. Agnetis de Lavareto. (44)

VI. Idem Dominus Philippus Eccleſiam S. Euſanii locavit, & affictavit pro pluribus annis Domino Thomaſo de Ciminis, Civi Aquilano, & Canonico Reatino in forma, & pro penſione unciarum auri duodecim in Florenis de auro, Florenis quinque per quamlibet unciam, computatis in Inſtrumento Notarii Angeli Margarite de Balneo, an. Domini 1315., die quarta Septembris.

VII. Dominus Angelus de Florentia, ſextus Epiſcopus Aquilanus (45) tenuit, & poſſedit pro medietate fructuum, & redditUum Eccleſie S. Euſanii, ut patet ex declarationibus factis tempore Domini Petri Epiſcopi Aquilani. Dominus Petrus cum Procura Prepoſiti devenit, mediante Inſtrumento Jacobi Thomaſſi de Podio Picentie, an. Domini 1345., menſe Junii. (46)

 VIII. Do-

(44) Rideret Lector, ſi Cenſus annui, & recognitiones ab his Eccleſiis Epiſcopo dari ſolitae hîc apponerentur. Legeret inter alia: *par unum de ſpallis, & ſolanatas duas; par unum de oſſibus, & panes duos, & pillam unam*, & reliqua hujuſmodi. Juvat tamen quoad monetas excerpere, quod *Eccleſia S. Johannis in via Furconenſi* ſolvebat *Profeſſinos duos; Sancti Pauli de Paganica Profeſſinos quatuor; Sancti Valentini de Freciis Profeſſinos duodecim;* Hac de re *ad Franc. Angelut. not.* 71., Ita etiam: *Eccleſia S. Juxte de Barzano ſolvebat in Feſto omnium Sanctorum Epiſcopatui & Capitulo ſolidos tres, & denarios octo.* Sunt haec & alia in dicto Indice Eccleſiarum hîc non excripta.

(45) Hic anno 1330. interfuit Inventioni Reliquiarum S. Juſtae & Sociorum, prope Barzanum, medio aevo Offidium, & de quo *Chr. Farfen. Rer. Italic. to. 2. p. 2. c. 404. In Furcone, ubi dicitur Ophide ad duas Baſilicas.* Monumentum ad nauſeam rude luci datum a Johanne Baptiſta Sollerio in *Act. Sanct. Aug., to.* 1. *p.* 42. hinc illi tranſmiſſum ex variis exemplaribus in calce Actorum, quaecumque ſint, Sanctae ejuſdem Aquil. ſervatorum penes illius Eccleſiae Canonicos.
Anno 1331. Angelus Epiſcopus univit Eccleſiam S. Tuſcii, Eccleſiae S. Auguſtini Aquilanae; & in hujus Archivo aſſervatur Bulla, *Dat. Aquilae ann.* 1331. *VII. April. Roberti Regis XXII.* V. *ſupr. not.* 34.

(46) Eodem anno Petrus Epiſcopus *in Villa Sancti Blaſii de Interveris, extra Aquilam, recluſit & erexit Coenobium Monialium, ſub titulo Sancti Nicolai, cum dote omnium bonorum feminarum incluſandarum & fundantium de Cellebrinconio, & Interveris cum ſubſtitutione; & in caſu deſolationis etſi Moniales deficerent, devolvatur ad Monaſterium S. Eunofrii in pertinentiis de* Colle-

VIII. Dominus Paulus, nonus Epiſcopus Aquilanus, in ipſa Eccleſia Aquilenſi fundavit pariter, & dotavit Cappellam Sancti Angeli (47), & pro eadem impetravit a Gregorio Papa XI. Indulgentias, prout ex Bulla data Avinione decimo ſeptimo Kalendas Januarii, Pontificatus ejus anno II. (48)

IX. A Sancta memoria Gregorii Pape XI. Datum Rome decimo quinto Kalendas Januarii, Pontificatus ejus anno ſeptimo, Privilegium Eccleſie Aquilane, quod duodenarius Canonicorum numerus Archipresbitero in eodem numero computato ſtatuatur, & ordinetur, nec ultro alius admittatur. (49)

X. Dominus Stephanus de Monticlo, decimus Epiſcopus Aquilanus, fecit fieri Inventarium omnium bonorum immobilium Capituli Eccleſie Aquilane, per Jacobum de Rodio, Canonicum, (50) & Procuratorem dicte Eccleſie, & Capituli, in an. Domini 1377.

Idem

Collebrinconio, in uſus Monachorum degentium in eodem, cujus Prior ex ipſa Fundatione poſſit viſitare ſemel, & bis in anno Abbatiſſam & Moniales, Sacramenta conferre &c. Compromiſerunt in Sir Simeonem Archipresbiterum Sanctae Mariae de Paganica, qui elegit Abbatiſſam Sororem Dominicam Thomaſii. Epiſcopus confirmavit. Act. die 26. *Junii* 1345., *Indict. VIII. Clem. VI. anno IV. Rog. Notar. Jacobo Thomaſii de Podio Picentiae Clerico Aquilano.* Verba ſunt haec Inſtrumenti in membrana, ex Tabulario S. Auguſtini Aquilae. Monaſterium reperitur modo intra moenia Civitatis, ex translatione ab anno 1375., ſub titulo Sancti Amici, uti ex Inſtrumento ab eodem celebrato Notario, & penes Moniales exiſtenti.

(47) Fundatio evênit anno ſecundo Gregorii, nempe 1372. Tum jam Epiſcopatum reliquerat interinus Iſaacus, qui a Scriptore VIII., & IX. dicitur Paulus.

(48) Addas quae pro translatione Feſti D. Maximi, anno 1360. cecinit Raynaldus Boetius *ſt.* 1121., & *ſeqq.* item quae pro unione locorum Dioeceſis Valvenſis, anno 1362. *ſt.* 1198., & *ſeqq.*, & *infr. n.* 11. De Paulo denique anno 1362. Ant. Boet. *ſt.* 168., anno 1363. *ſt.* 16., anno 1369. *ſt.* 197., anno 1375. *ſt.* 302., & 314.

(49) Sede Aquilana Vacante ann. 1377. Confer. *Introd. ad Hiſt. Aquil. cap.* 1. *n.* 14.

(50) Hic poſtea Epiſcopus. V. *Supr. p.* 1. *num.* 12. Quonam anno ſe ſubſcripſerit Indulgentiae ſequenti Stephanus, non apparet. Servatur haec in membranis Archivi Sancti Auguſtini Aquilani; & eſt a XX. Epiſcopis, inter quos *Bernardus Epiſc. Marſicanus*, conceſſa *Monaſterio S. Andreae de Balneo de Aquila, ſub Regula & Protectione Fratrum Ord. Eremitarum Sancti Auguſtini ibidem commorantium. Datum Avinion. anno* 1375. 25. *April., Gregor. XI. anno V.* Et in calce: *Stephanus Ep. Aquilanus ratifico, accepto, & publico.* Datum non adeſt hujus acceptationis; Adſunt vero Sigilla XX. Epiſcoporum, in quorum medio ſuperimponitur Sigillum Stephani, ſculptos habens SS. Georgium a dextera, Maximum a laeva parte; ſubtus vero Epiſcopi effigiem, & in giro: *S. Stephano de Caſtello de Monticlo, Dei & Ap. Sed. gratia Ep. Aqu.*

De Monaſterio S. Andreae hac occaſione aliqua delibanda ex Scripturis ejus ſdem Archivi. Fundatum Aquilae fuit anno 1368. Bulla adeſt *Bernardi Epiſcopi Marſicani Commiſſarii* (electi ab Urbano V. vigore Brevis, *Dat. Romae 6. Cal. Martii, anno VI.*) Dirigitur *Priori, & Fratribus Sancti Auguſtini Aquilen.* Ibi dicitur *ex voluntate, & bonis Simonis Colae de Cuculio, Civis Aquilenſis, & Catharinae Relictae quond. Johannis Matthaei layci, Viduae Aquilen.*, & decernitur licere Priori *Monialem Profeſſam eligere in Prioriſſam; fundare Monaſterium, viſitare, reformare &c. Datum Romae* 1368., *die* 12. *Maji, Urbani V. an. VI. Indict. VI.* Anno 1389. Inſtrumento confecto per Not. *Nicolaum Sir Cicci de Baczano, die* 13. *Julii*, lis orta inter Moniales, & heredes

Johannis

Idem Dominus Stephanus an. Domini 1378. mandavit Canonicis Aquilanis, qui Statuta, & Conſtitutiones ordinaverunt. (51) A

XI. Privilegium unionis, & incorporationis Eccleſiarum Comitatus Aquile detentarum olim per Epiſcopum Valvenſem, impetratum per bone memorie Fratrem Berardum, olim Epiſcopum Aquilanum, tenoris B
infraſcripti:

,, Clemens Epiſcopus Servus Ser-
,, vorum Dei, ad perpetuam rei me-
,, moriam. Dum ad ſincere devotio-
,, nis affectum, & inconcuſſam Fi-
,, dei puritatem, quibus dilecti Fi-
,, lii Camerarius, Quinque Artium,
,, Conſilium, & Commune Civitatis
,, Aquilane erga nos, & Romanam C
,, Eccleſiam hactenus, & preſertim
,, hoc impacato tempore, tanquam
,, benedictionis Filii in virtute con-
,, ſtantie roborati claruerunt jugiter,
,, & clarere noſcuntur, prone diri-
,, gimus conſiderationis intuitum,
,, non immerito commovemur, ut
,, ipſorum petitionibus favorabiliter
,, annuamus; eorum itaque ſupplica-
,, tionibus inclinati, Ofaniani, Cam-
,, pane, Fonticli, Tioni, Gordiani
,, de Vallibus, Rocche de Preture,
,, Beffii, Urſe, Collis Petri, S. Be-
,, nedicti in Perilli, Navelli Civite
,, Ardenghe, Caporciani, Bominaci,
,, S. Pii, Leporanice, Bariſani in-
,, ferioris, S. Marie in Furfona, &
,, Sinicii, loca Dieceſis Valvenſis,
,, que eiſdem Camerario, Conſilio,
,, & Communi in temporalibus ſunt
,, ſubjecta, cum eorum Territoriis,
,, & Diſtrictibus, ac Eccleſiis, Cap-
,, pellis, & Oratoriis in eis conſi-
,, ſtentibus, ac Rectoribus, & aliis
,, perſonis ipſorum a dicta Dieceſi
,, Valvenſi ſeparamus, & dividimus,
,, ac a Juriſdictione, Dominio, &
,, Poteſtate Epiſcopi Valvenſis, qui
,, nunc eſt, & Succeſſorum ipſorum
,, Valvenſium prorſus eximimus, &
,, etiam liberamus, & Dieceſi Aqui-
,, lenſi in perpetuum annectimus, &
,, unimus, ac Venerabili Fratri no-
,, ſtro

D Johannis Matthaei de S. Maria in Furfone ſuper bonis aſſignatis dirimitur. Habetur *Fr. Jacobi de Aquila* Auguſtinianorum Generalis licentia conceſſa *ſorori Aquilucciae de Bobona Religioſae Monaſt. S. Andreae* exeundi. *Dat. Aquilae ann.* 1470., *die* 18. *Septemb.* Anno 1478. Sixtus IV. Pont. eo quod *Auguſtiniani Conventuales Aquilae propter ingreſſum aliorum Profeſſorum de Obſervantia* (V. Franc. Angelut. Chron. num. 61.) *Domum dicti Ordinis exiverint; in Monaſterio S. Andreae duo Moniales ſenio confectae inibi exire poſtulant*, *& Colantonius Not. Franciſci Civ. Aqu. dicti Monaſterii Patronus, in domum Conventualem ipſis concedi ſupplicavit, Monialibus alibi translatis*, committit *Epiſcopo Oſtienſi Guillelmo* (Eccleſiae S. Auguſtini Romae Fundatori, & de eo Ughellius to. 1. ad Oſtienſ. num. 71.) *pro informatione. Dat. Romae* 1478. *V. Non. Martii, Pontific. ann. VIII.* (potius VII.) Inſtrumento inde confecto per *Not. Bernardinum Matthaei de Foſſa de Aquila, die* 4. *Aprilis* 1479. duae Moniales donaverunt *Monaſterium S. Andreae* Conventualibus hoc pacto, quod *vita eorum durante, inibi permanere poſſint*. An in hoc Monaſterio Conventuales extiterint, & quandiu, ignoratur. Cuncta haec ex D. Auguſtini Archivo. E

(51) Ex his depromtum, quod ſequitur: *Archipresbiter & Canonici infra Solemnitatem Officiorum Elmutiis de griſo & varo ſemper utantur, & ſuperpelliceis albis; & a Feſto omnium Sanctorum uſque ad Sabbatum Sanctum, hora, qua cantatur: Gloria in excelſis, Cappis nigris utantur infra divina Officia, juxta morem & conſuetudinem Cathedralium de Urbe. Idem obſervari volumus in Cappellanis, aſſiſiis, & praebendatis aliis, & Sacriſta; & in hoc differentiam, quod Elmutias non de griſo & varo, ſed de ſcurlo portent, ac dum Cappas nigras portant, Coctas albis ſub ipſis portare prohibemus.*

A ,, ſt.o Epiſcopo Aquilenſi, qui nunc
,, eſt, & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis
,, Aquilenſibus, prout hactenus Val-
,, venſi Epiſcopo ſubjecta fuerunt,
,, ſubjicimus per preſentes; Volen-
,, tes, & decernentes, quod quidquid
,, Preheminentie, Majoritatis, Supe-
,, rioritatis, Dominii, & Juriſdictio-
,, nis ſpiritualis in eiſdem locis, Ter-
B ,, ritoriis, & diſtrictibus, Eccleſiis,
,, Cappellis, Oratoriis, Rectoribus,
,, & Perſonis aliis Epiſcopo Valven-
,, ſi, tempore dat. preſentium quo-
,, modolibet competebat, ad Epiſco-
,, pum Aquilenſem, & Succeſſores
,, ſuos pertineat antedicta, & inſu-
,, per omnes, & ſingulos fructus,
,, redditus, & proventus, ac emolu-
C ,, menta quecumque, que in eiſdem
,, locis, Territoriis & diſtrictibus
,, ad Epiſcopum Valvenſem quomo-
,, dolibet pertinebant, eiſdem Epi-
,, ſcopo Aquilenſi, & Succeſſoribus
,, ſuis in perpetuum concedimus, &
,, damus. Nulli ergo &c Datum A-
,, vinioni ſecundo Nonas Maji, Pon-
,, tificatus noſtri anno octavo. (52)

D *Conſtitutiones facte Synodales.*

XII. ,, In Dei nomine. Amen.
,, Hec ſunt Conſtitutiones, & Sta-
,, tuta in Synodo ordinata, facta,
,, & promulgata per Reverendum in
,, Chriſto Patrem, & Dominum, Do-
,, minum Fratrem Berardum, Dei,
E ,, & Apoſtolicae Sedis gratiâ Epi-
,, ſcopum Aquilanum, aſſidentibus
,, Archipresbitero, & Canonicis Ec-
,, cleſie Aquilane, ac etiam Prela-
,, tis, & Rectoribus Eccleſiarum Ci-
,, vitatis, & Dioceſis Aquilane col-
,, laudantibus, approbantibus, &
,, conſentientibus.

,, I. In primis licet Alma Mater
,, Eccleſia univerſos in Regnis Cele-
,, ſtibus conſtitutos, ſtudiis honorare
,, ſollicitis, & ſonoris afferre preco-
,, niis non deſiſtat. Nos vero glo-
,, rioſiſſimos Martires precipuos A-
,, quilanorum apud Dominum digniſ-
,, ſimos Advocatos, videlicet Maxi-
,, mum, & Georgium, quorum vo-
,, cabulis Aquilana Eccleſia eſt fun-
,, data, dignis laudibus extollere cu-
,, pientes; preſenti Conſtitutione ſta-
,, tuimus, & ordinamus, quod tam
,, in Eccleſia Aquilana, quam in
,, omnibus aliis * Cvivitatis, & Dio-
,, ceſis ejuſdem ipſorum Beatorum
,, Martirum, Patronorum noſtrorum
,, Feſtivitates annis ſingulis, ſub Of-
,, ficio duplici ſolemniter celebren-
,, tur cum tota Octava, ſicut de
,, Feſto Apoſtolorum Petri, & Pau-
,, li, per Romanam Eccleſiam omni-
,, bus eſt preceptum, & ſingulis die-
,, bus, quibus fit Commemoratio di-
,, ctorum Apoſtolorum, fiat & di-
,, ctorum Patronorum noſtrorum.
,, Non obſervantes, indignationem
,, dictorum Sanctorum, & noſtram
,, noverint incurſuri. (53)

,, II. Item

(52) Nempe anno 1386. Alferius *Hiſt. Aquil. Sac.* legit *Anno VII.*, melius quidem; nam anno 1385. Avinione rediit Berardus, qui Bullam & obtinere, & ſecum ferre facilius potuit *Nicol. Borbon. n.* 26. Quae ait Scriptor Catalogi hîc, *& par.* 1. *n.* 11., Magiſtratus Quinque Artium erectus anno 1355., ex *Boet. Raynald. ſt.* 991., Clauſula denique: *Hoc impacato tempore*, Schiſmatis nempe, demonſtraut Bullam non eſſe Clementis VI. anni 1350. Notandum, inter loca Valvenſis Dioeceſis poni *Sinicium* jam Furconenſis ab anno 1179., *Introd. ad Hiſt. Aqu. cap.* 1. *num.* 6., unde non ponitur in alia Martini V. *Infr. num.* 19.

(53) Quonam Bernardi anno hae Conſtitutiones emanatae, non apparet. At poſt an. 1395., quò Avinione rediit Bernardus, ſunt credendae. Quomodo hîc

„ II. Item Predeceſſorum noſtro- A
„ rum veſtigiis inherentes, & ma-
„ xime in his, que Fidei, & San-
„ ctorum gloria eſſe dignoſcuntur,
„ & potiſſime Glorioſi Confeſſoris,
„ & Pontificis Rainerii, olim Fur-
„ conenſis Epiſcopi, qui in vita,
„ & poſt ſanctum ejus obitum uſque
„ in hodiernum diem miraculis co-
„ ruſcavit, & quotidie ejus meritis B
„ Deus oſtendit. Volentes quantum
„ in nobis eſt, ejus gloriam exalta-
„ re, volumus, & preſenti Conſti-
„ tutione ſtatuimus, ut ſingulis an-
„ nis tertio Kal. Jan. ſub Officio
„ duplici per omnes Eccleſias noſtre
„ Dioceſis, ejus Feſtum, & Officium
„ celebretur, ſub pena noſtro arbi-
„ trio inferenda. (54) C

„ III. Item ſicut Sancte Chriſma-
„ tis confectio per ſingulos annos eſt
„ agenda, & de anno in annum re-
„ novanda, & Fidelibus tradenda,
„ & vetus Chriſma in Sancta Eccle-
„ ſia ea die, qua novum efficitur,
„ cremandum, ita volumus, & man-
„ damus in hanc majorem noſtram
„ Eccleſiam honorari, in qua confi- D
„ ci debet, quod omnes Prelati, &
„ Rectores Eccleſiarum Civitatis, &
„ Dioceſis Aquilane, a Sacriſta dicte
„ majoris Eccleſie, vel ab alio per
„ nos deputando recipere debeant,
„ & non ab alio. Et quod nullus
„ Prelatus, vel Rector Chriſma,
„ quod a majori Eccleſia receperit,
„ cum aliis Eccleſiis communicet, E
„ niſi cum Cappellis ſibi ſubjectis,
„ alias autem tam dantes, quam re-
„ cipientes contra dictam noſtram
„ Conſtitutionem, penam unius un-
„ cie incurrant. Et idem de Oleo
„ Sancto, & Oleo infirmorum intel-
„ ligi volumus per preſentes.

„ IV. Item quia tam Canonibus,
„ quam antiqua conſuetudine novi-
„ mus omnes Advenas, Peregrinos,
„ Viatores, & Tranſeuntes per Ci-
„ vitatem Aquile, ac etiam ſpecia-
„ lem, & propriam Eccleſiam, &
„ Parochiam non habentes infra mu-
„ ros Civitatis ejuſdem fuiſſe, & eſ-
„ ſe Parochianos, & de Sepoltura
„ majoris Eccleſie, & ab ipſa Sacra-
„ menta omnia Eccleſiaſtica debere
„ recipere; idcirco preſenti Conſti-
„ tutione declaramus, ſicut prefer-
„ tur, obſervari debere, monentes
„ omnes, & ſingulos Prelatos, Re-
„ ctores, & Sacerdotes Civitatis, &
„ Dioceſis ejuſdem, ut alicui predi-
„ ctorum ſine noſtra, vel Archipre-
„ sbiteri noſtri majoris Eccleſie ſpe-
„ ciali licentia, Eccleſiaſtica Sacra-
„ menta non tribuat, nec ad ſepol-
„ turam recipiat, niſi per electio-
„ nem, que ſine fraude, & ſedu-
„ ctione facta eſſe conſtiterit. Alias
„ contrarium facientes, penam unius
„ uncie incurrant, & ad reſtitutio-
„ nem integre teneantur.

„ V. Item quia nonnulli Domi-
„ num pro oculis non habentes, &
„ cogitatis malitiis, fraudes inveniunt
„ ad fraudandum Canonicas, & de-
„ bitas portiones in Teſtamentis, &
„ ultimis aliis voluntatibus Defun-
„ ctorum. Ideo ſtatuimus, & ordi-
„ namus, ut ſi quis fraudolenter
„ hoc fecerit, ſeu conſuluerit facien-
„ tibus, excommunicationis penam
„ incurrat.

„ VI. Item

hîc Feſtum Patronorum ordinatur, quando ex Boet. Raynald. ſt. 1122. Sancti Maximi celebrabatur multo ante an. 1260.? Ordinatur dies etiam Sancto Georgio ſacer, & Octava utriuſque, vel per Dioeceſim; Item quotidiana Commemoratio; unde additiones potius videntur antiquae Inſtitutioni.

(54) De eo *Introd. ad Hiſt. Aqu. cap.* 1. *n.* 4.

,, VI. Item quia ad nos, noſtrum-
,, que officium ſpectat pias, & ulti-
,, mas voluntates teſtantium defen-
,, dere, & in caſu negligentie, exe-
,, quutioni mandare, & plures, &
,, diverſas exequutiones venientes, &
,, exequutiones ipſas valeant proro-
,, gari, ſtatuimus, & ordinamus,
,, quod ſi exequutores Teſtamento-
,, rum a die mortis Teſtatorum, per
,, annum fuerint negligentes, quod
,, perfecte Teſtamenta, & alias ulti-
,, mas voluntates exequutioni non
,, mandaverint cum effectu, quod
,, ipſa poteſtas exequendi libere ad
,, nos, & noſtrum Officium devol-
,, vatur, omnem exequutionem dein-
,, ceps dicto anno elapſo tam here-
,, dibus, quam exequutoribus peni-
,, tus indicentes, pronunciantes irri-
,, tum, & inane, ſi ſecus a quocum-
,, que fuerit attentatum. Et hanc
,, Conſtitutionem ſaltem ſemel in
,, anno, in noſtra Synodo volumus
,, publicari, que non ſolum genera-
,, lis monitionis, ſed ſpecialis, &
,, nominatim facte vires decernimus
,, obtinere.

,, VII. Item quia in diſtributioni-
,, bus incertorum, & male ablato-
,, rum fraudes multipliciter mittun-
,, tur per heredes, & exequutores
,, Teſtantium, & ordinantium qua-
,, ſcumque alias voluntates; huic
,, morbo obviare volentes ſuper in-
,, certis, & male ablatis abſolutio-
,, nem peccati, & diſpenſationem
,, eorum nobis, & noſtro Officio
,, ſpecialiter reſervamus; ſtatuentes,
,, ut nec ipſi Teſtantes, nec exe-
,, quutores ſine nobis diſpenſare, &
,, diſtribuere valeant, vel abſolutio-
,, nem ab alio obtinere, Sedis Apo
,, ſtolice, & Legatorum ejus aucto-
,, ritate omnimodo reſervata.

,, VIII. Item quia, ſecundùm A-
,, poſtolum, nemo militans Deo im-
,, plicat ſe ſecularibus negotiis, &
,, ſtatus Eccleſie perturbatur, &
,, ſcandalum patitur, ut experientia
,, docuit manifeſte; Ideo ſtatuimus,
,, & ordinamus, quod nullus Cleri-
,, cus beneficiatus cujuſcumque ordi-
,, nis, vel dignitatis, Civitatis, &
,, Dioceſis Aquilane, ambaſſiatas,
,, legationes, vel procurationes Com-
,, munitatis Civitatis Aquile, Ca-
,, ſtrorum, Villarum, vel cujuſcum-
,, que Univerſitatis aſſumere debeat,
,, nec ſe in talibus immiſceri: con-
,, trarium facientes, penam unius
,, uncie incurrant.

,, IX. Item cum non ſolum Ca-
,, nones; ſed ſecularium leges alie-
,, nationem, & impignorationem re-
,, rum Eccleſiaſticarum mobilium,
,, & immobilium ſub graviſſimis
,, prohibent penis, & nonnulli Do-
,, minum non timentes alienationes,
,, & impignorationes earum rerum
,, attentare preſumant; idcirco ma-
,, litiis eorum obviare volentes, ſta-
,, tuimus, & ordinamus, quod quid-
,, cumque Prelatus, Rector, vel Cle-
,, ricus cujuſcumque ſtatus, predictas
,, alienationes, & pignorationes ſine
,, noſtra ſpeciali licentia, & aucto-
,, ritate attentare preſumpſerit cum
,, effectu, excommunicationis ſenten-
,, tiam incurrat ipſo facto, & tan-
,, quam dilapidator bonorum Eccle-
,, ſie nihilominus judicetur. Volen-
,, tes hanc Conſtitutionem ad prete-
,, rita trahi, niſi infra duos menſes
,, poſt publicationem preſentium ta-
,, lia alienata, & pignorata ad Ec-
,, cleſiam cum effectu non revocave-
,, rint.

,, X. Item quia paſſim pro eorum
,, voluntate Clerici Civitatis, & Dio-
,, ceſis Aquilane de dictis Civitate,
,, & Dio-

„ & Dioceſi ſe abſentant, & quò
„ volunt, peregrinantur, Dioceſano
„ minime requiſito, unde antiquum
„ Canonem renovantes, qui dicit:
„ Non omnem Miniſtrum Altaris,
„ vel quemlibet Clericum preter juſ-
„ ſionem Epiſcopi ad peregrinandum
„ proficiſci, quem Canonem preſen-
„ ti Conſtitutione volentes pene ad-
„ miniculo adjuvari, ſtatuimus, ut
„ ſi quis predictorum Clericorum
„ abſque noſtra ſpeciali licentia ex-
„ tra Civitatem, & Dioceſim predi-
„ ctam exiverit, & quocumque co-
„ lore queſito peregrinaverit, penam
„ unius uncie incurrat.

„ XI. Item, quod in laicis pro-
„ hibetur, videlicet poſt tertium ſo-
„ num Campane Communis noctur
„ no tempore ire, in Clericis eſt
„ potius inhoneſtum, propterea ſta-
„ tuimus, quod quicumque Clericus
„ cujuſcumque ordinis, & dignita-
„ tis, niſi vocatus ad infirmos, vel
„ hora, qua pulſatur ad Matutinum
„ in Eccleſiis ſecularibus, inventus
„ fuerit, pena unius Auguſtalis pu-
„ niatur.

„ XII. Eccleſia autem, que Con-
„ ſtitutiones has non habuerit, infra
„ menſem Prelatum, & Procurato-
„ rem illius Eccleſie, ad penam u-
„ nius Floreni condemnamus; Et ſi
„ per Prelatum preſentes Conſtitu-
„ tiones non fuerint Populo in vul-
„ gari ſermone expoſite ad minus
„ quater in anno ad Divina adſtan-
„ ti, nec non caſus nobis reſerva-
„ tos, ad penam dimidie uncie ta-
„ lem Prelatum condemnamus.

XIII. Jacobus de Rodio electus, & confirmatus Epiſcopus Aquilanus, una cum Andrea Archipresbitero Aquilano, & Canonicis Aquilane Eccleſie congregatis ad ſonum Campanelle, ad tollendum confuſionem nominis Archipresbiteri, tunc in eadem Eccleſia prime dignitatis poſt Epiſcopum, cum in multis Eccleſiis Civitatis ejuſdem Archipresbiteri nuncupentur, & aliis de cauſis ſtatuit dignitatem Archidiaconatus primam poſt Epiſcopum, cum juriſdictione, & honore, quam Archipresbiter ſolitus erat habere in Capitulo Eccleſie Aquilane, & in Cappellis dicto Capitulo ſubjectis. Et in deceſſione infra tempora Canonica Capitulum eligat, & Epiſcopus confirmet vigore Inſtrumenti acti in Choro majoris Eccleſie Aquilane, anno 1392., die 14. Januarii, per Notarium Bartholomeum, Notarii Valentini de Pizulo de Aquila.

XIV. Item Epiſcopus, & Capitulum confiſi de pietate, & clementia Illuſtriſſimi Principis Domini Ludovici Secundi, Hyeruſalem, & Sicilie Regis, Eccleſie S. Martini de Ocra Dioceſis Aquilane Patroni, dant, & incorporant prefatam Eccleſiam Sancti Martini, cum omnibus juribus & redditibus dignitati Archidiaconatus pro Beneficio, & Prebenda, & quod collationes Cappellarum ſine Capitulo minime faciat, Epiſcopalibus juribus ſalvis. Actum ibidem, anno 1392., die vigeſima Januarii per ſupradictum Notarium Bartholomeum.

Ludovicus de Sabaudia pro Sereniſs. Principe Domino Ludovico Secundo Rege Sicilie in utraque Provincia Aprutii, ac Civitate Aquile, ejuſque Comitatu Viceſgerens ad petitionem Capituli Eccleſie Aquilane, Eccleſiam Sancti Martini de Ocre Juriſpatronatus ad Regiam Majeſtatem ſpectantis, non obſtante preſentatione obtenta a Michutio Lotti de Machilono de Aquila, a Rege Ludovico Primo pro quodam filio ſuo etatis mino-

miroris, ad dignitatem Archidiaconatus ſubſtinendam, Regia auctoritate dat unit, & incorporat dicte dignitati, & unioni facte per Capitulum prebet aſſenſum, moderans, quod in vacantia Capitulum eligat Archidiaconum, qui Regium aſſenſum poſtulet, & illo obtento, Epiſcopus confirmet; & pro gratitudine Majeſtati Regie unam Miſſam pro ſtatu Domini Regis, Heredum, & Succeſſorum, & ſalute animarum celebret. Datum Aquile anno Domini 1392., die vigeſima ſecunda Januarii. Regnorum Domini Regis anno octavo.

Idem Jacobus anno 1392., die decima nona Februarii, deſcribere fecit Stationes, & Indulgentias in Conſtitutione Sinodali per Eccleſias Aquilanas, & Caſus reſervatos.

Idem denuo declaravit primam dignitatem Capituli Aquilani non Archipresbiteri, ſed Archidiaconi nomine nuncupari debere. Datum in Eccleſia S. Maximi de Civita S. Maximi anno 1401., die Lune, quinto menſis Septembris, per manus Friderici Joannis Beloi, Notarii, & Epiſcopi Scribe. (55)

XV. Gregorius Papa XII. ad petitionem Jacobi Epiſcopi, & Capituli Aquilani, eo quod fructus Eccleſie Aquilane, centum & quinquaginta Florenorum auri valorem annuum non excedebant, Hoſpitale pauperum Sancti Antonii de Valle extra muros Aquilanos, cujus vacationis tempore, inter nonnullos Cives Aquilanos plurima ſcandala ſunt exorta, reſervatis portionibus, & expenſis pro vita, & ſubſtentatione pauperum & infirmorum, & Cappellani, & Miniſtrorum, in perpetuum univit, & incorporavit, cum omnibus juribus, & pertinentiis prefate Eccleſie Aquilane, decedente Priore, & fructus, & proventus, reſervatis portionibus ſupradictis, in augmentum diſtributionum convertantur. Datum Arimini tertio Idus Aprilis, Pontificatus anno tertio.

Anno 1409. die ultimo Aprilis, Archidiaconus, & Canonici tempore vacantie dicti Hoſpitalis, per mortem Sir Egidii de Paganica Rectoris, & Prioris, vigore prefate Bulle Pontificie apprehenderunt corporalem poſſeſſionem, celebrato Inſtrumento ab Antonio Notarii Thome de Pizulo.

Item

(55) *Anno* 1406. *Romae, praeſente Jacobo Epiſc. Aquilano, die* 28. *Martii, Canonici S. Petri in Vaticano* confirmant *Electionem Fr. Maſii Marini de Lavareto, per obitum Fr. Honofrii de Geminiano, Prioris S. Honofrii extra muros Civitatis Aquilae.* Ex Scripturis S. Auguſtini Aquil. Unde de hoc Prioratu, de quo *ſupr. not.* 46., reliqua haec. Tamquam *membrum Baſilicae Vaticanae, ann.* 1356., 19. *Novembr.* obtinet excommunicationem *contra detemptores bonorum.* Anno 1399. aliqua ſtabilia permutantur a *Fr. Honofrio Priore* ſupra nominato. *Anno* 1454. *III. Idus Julii* a Pontifice obtinuit *Jacobus de Aquila* Auguſtinianorum *Generalis Conventui S. Auguſtini Aquilani, tempore Ladislai Regis, ob guerrarum turbines ad tantam ruinam devento, quod in eo commode habitare, & ſubſtentari de fructibus non poterant Fratres,* uniri *Prioratum S. Honofrii dicti Ordinis, a Civitate per unum milliare diſtans, quo ſolus Prior reſidebat, cum omnibus juribus, & fructibus annuis XX. Florenorum de Camera, per obitum Fr. Thomaſii* ſupralaudati, & cujus *electio ſpectabat ad Abbatem Monaſterii S. Laurentii extra muros Aquilae.* Anno 1456. idem *Fr. Jacobus* eligitur *Prioratus Rector* a Vaticani Capitulo, *die* 8. *Julii.* Poſt ejus *obitum* ab eodem Capitulo electus *Prior Fr. Dioniſius de Aquila, die* 30. *Junii* 1476. Anno denique 1666., *die* 19. *Decembr. annuus Cenſus librarum quatuor Croci* a Prioratu eidem Capitulo debitus, permutatur *in ann. ſcut. X.*

Item anno 1409. die ſecunda Maji, in Hoſpitali, & Eccleſia Sanĉti Antonii de Furcella (56), Archidiaconus, & Canonici Aquilani ceperunt corporalem poſſeſſionem, vigore ſupradiĉte Bulle, diĉti Hoſpitalis, per obitum prefati Reĉtoris, & Prioris Sir Egidii, celebrato Inſtrumento per manus ejuſdem Notarii Thome. (57)

XVI. (58) Anno Domini 1349 die vigeſima prima Auguſti, Aquile in Domibus Epiſcopatus, per manus Notarii Jacobi Thomaſſii de Podio Picentie, fuit publico Inſtrumento teſtatum, quod exiſtentes in preſentia Domini Paoli Eleĉti Aquilani, Egregius Vir Joannes Jacobi, diĉti Gallioffi de Aquila, Dominus Joannes, & Angelus Nicolai Berardi, Tutores Jacobutii, filii quondam Ludovici, filii quondam diĉti Jacobi diĉti Gallioffi pupilli expoſuerunt, quod diĉtus Jacobus condidit Teſtamentum, in quo juſſit, quod prediĉti Dominus Joannes, & Ludovicus, filii, & heredes deberent in Civitate Aquile unam Eccleſiam, ſub vocabulo Corporis Chriſti conſtruere, & juxta ipſam Hoſpitale, in quo poſſent pauperes recipi, & gubernari, & pro dote reliquit, & donavit uncias auri quingentas, de quibus voluit, quod emerentur tante poſſeſſiones, & heredes ſui deberent Juſpatronatus acquirere. Et poſt hec diĉtus Joannes, & Ludovicus in augmentationem diĉte Eccleſie, & Hoſpitalis multa bona conceſſerunt. Malentes in eodem loco, & in eadem Eccleſia fieri Monaſterium Monialium Virginum in locali de Sanĉto Viĉtorino in modum Eccleſie, & Hoſpitalis, precioſa, & decentia edificia conſtruxerunt; Idcirco ſupplicarunt eidem Domino Eleĉto dignaretur Eccleſiam erigere, & in eadem Monaſterium ordinare Juſpatronatus concedere. Qui Rever. Pater, tanquam Dioceſanus, Decretum, & conſenſum dedit, quod in eiſdem edificiis ſit Eccleſia ſub vocabulo Corporis Chriſti, & Euchariſtie Sacramenti, & unum Hoſpitale, & Monaſterium Monialium, ſub Regula Ordinis Predicatorum, ſicut eſt Habitus Monialium Monaſterii de Annuntiata de Civitate Aquile, dans, & concedens Dominis de Gaglioffis Juſpatronatus tuitionem, & cuſtodiam, qui debeant repreſentare unum Sacerdotem, ſeu Cappellanum, & unum Clericum diĉto Epiſcopo, ut ibi inſerviant. Item quod Prioriſſa, & Moniales non vivant in diĉto Monaſterio jure Conventus, ſed tanquam ſingulariter, & poſſit fieri Collegiatum, ſeu Conventuale abſque voluntate diĉtorum Patronorum, qui poſſint repreſentare Prioriſſam, & Moniales. Item prediĉti Patroni, & Heredes poſſint petere unum Religioſum a Priore Sanĉti Dominici de Aquila, de Ordine Predicatorum, qui poſſit

(56 In margine vocatur *S. Antonii de Valle in Teria*; ab antiquo nomine Vallis inter fauces montium ſitae, ubi Caſtella S. Marci, & Furcellae. Vide Bullam Anaſtaſii P. ann. 1153. in *Introd. ad Hiſt. Aquil. cap.* 2. *num.* 9. De poſſeſſione, V. *Supr. part.* 1. *num.* 13., Quin & Eccleſia S. Antonii prope Aquilam, Interia dicitur in Bulla Sanĉti Coeleſtini V., an. 1294.

Placitum coram Bernardo & Mazzolino Comitibus, Miſſis Henrici Regis habitum, in quo Rodulphus Abbas Monaſterii SS. Florae & Lucillae obtinet quoſdam agros contra Griffonem Filium Berardi, qui citatus ſiſtere ſe noluit ad Placitum. Tom. VIII. 335. E.

Henrici II. Regis & Imperatoris I. Diploma, per quod Monaſterio Veronenſi S. Zenonis omnia illius jura & bona confirmat. Tom. VI. *63*. B.

Exemtio a Fodro, Placito, aliiſque publicis functionibus, conceſſa ab Henrico Rege II. Imperatore I. Monaſterio Veronenſi S. Mariae ad Organum. Tom. IV. 113. D.

Placitum coram Ottone Comite Palatii, & Petro Epiſcopo Ticinenſi habitum, in quo Monachi S. Salvatoris evincunt quoſdam fundos. Tom. I. *691*. D.

MXV. Confirmatio jurium ac Privilegiorum Aſceterii ſacrarum Virginum Lucenſium S. Salvatoris, facta Alpergae Abbatiſſae ab Henrico inter Auguſtos Primo. Tom. III. 233 E.

Henricus I. Imperator Canonicis Eccleſiae Volaterranae omnia illorum jura & Privilegia confirmat. Tom. XII. 717. A.

Fundatio Monaſterii Sanctimonialium SS. Viti & Modeſti prope Scantianum, facta a Teuzone Epiſcopo Regienſi. Tom. XIII. *495*. B.

MXVI. Henricus I. Imperator Curtem Trecentulae, & alia, quae Fiſcus abſtulerat Berengario & Hugoni filiis Sigefredi Comitis, Imperii rebellibus, concedit Richildae Comitiſſae. Tom. IV. *63*. C.

Placitum in Arretina Civitate habitum a Raynerio Duce & Marchione, in quo Rodulphus Abbas Monaſterii Sanctarum Florae & Lucillae cauſſam obtinet contra ſuos adverſarios. Tom. I. 511. A.

MXVII. Charta Placiti ab Adalberone Duce Carinthiae, & Marchione Veronae, habiti in Comitatu Tarviſino, ubi diremta eſt controverſia pro Monialibus Venetis Sancti Zachariae adverſus Abbatem Coenobii Patavini S. Juſtinae. Tom. I. 291. D.

Petri Hadrienſis Epiſcopi promiſſio facta Ottoni Urſeolo Venetiarum Duci de non laedendo in poſterum Caſtello Laureti, nunc *Loreo*. Tom. I. 409. C.

Charta Harnaldi Archiepiſcopi Ravennatis, concedentis titulo emphyteuſis Petro Abbati Pompoſiano piſcariam in Portu. Tom. XI. 339. D.

Bonifacius Marchio, & Richilda Comitiſſa illius uxor Monaſterio S. Silveſtri Nonantulani multos agros donant. Tom. IV. 227. B.

Azzonis Epiſcopi Piſani Charta, per quam nonnullas terras in emphyteuſin concedit. Tom. IX. 353 A.

MXVIII. Leo de Villa Garcaurae ſe tradit in Servum Georgio Subdiacono Ferrarienſi. Tom. II. 683. C.

Rainardus & Roza conjuges coram Ottone Comite Palatii donant Epiſcopio Mutinenſis Eccleſiae Domos duas cum Turri & Capella S. Nicolai, ſitas in Civitate Ticinenſi. Tom. I. 651. B.

Charta venditionis duarum domuum, Turris Cappellae in Urbe Ticinenſi, facta Wario Epiſcopo Mutinenſi a Rainardo & Roza conjugibus. Tom. I. 153. C.

MXIX. Ceſſio Decimae quatuor Plebium, ſive Eccleſiarum Parochialium in Cremonenſi Dioeceſi, facta a Bonifacio Marchione, ejuſque Conjuge Richilda Comitiſſa Epiſcopatui Cremonenſi. Tom. I. 507. B.

Catalogus omnium, quae Theobaldus Abbas fecerat, aut comparaverat ad reparationem & ornamentum Monaſterii S. Liberatoris in Comitatu Teatino. Tom. XI. 291. A.

Willa filia quondam Hugonis Marchionis, & uxor Arduini, qui & Ardicio appellatur, praedium donat Canonicis Piſanis. Tom. II. 723. B.

Gotifredus Abbas Monaſterii Mediolanenſis S. Ambroſii coram Anſelmo Miſſo Henrici I. Imperatoris in Placito, Belaxii habito, litem de quibuſdam terris vincit contra Archiepiſcopum Mediolanenſem, & Epiſcopum Comenſem, & Abbatem S. Kaloceri. Tom. XIV. 429. B.

Charta donationis factae Adelberto habitatori in loco Caſtellione a Gezone & Teuza Conjugibus. Tom. IV 501 A.

Donatio multorum bonorum facta Monaſterio S. Mamiliani Inſulae Montis Chriſti a Guilielmo Marchione, Domino in Corſica, Judice Calaritano. Tom. VI. 553. B.

MXX. Charta concordiae initae inter Vitum Epiſcopum Civitatis Aliphanae, & Landonem Langobardum pro quibuſdam Curtibus ad Monaſterium Sanctimonialium S. Mariae de Cingla ſpectantibus, una cum aliis praecedentibus Chartis inſertis. Tom. III. 241. D.

Warinus ſive Guarinus Epiſcopus Mutinenſis Bonifacio Marchioni titulo Emphyteuſis concedit Montem Barcellum, contra ab ipſo recipiens libero jure quaſdam terras. Tom. VII. 311. B.

Confirmatio omnium Privilegiorum & jurium Eccleſiae Mantuanae, facta ab Henrico I. Imperatore. Tom. XIV. 725. C.

Henrici Regis II. Imperatoris I. Diploma, quo confirmat Monachis Arretinis SS. Florae & Lucillae omnia illorum Privilegia & jura. Tom. XIII. 25. D.

MXXI. Hugo Marchio, Dominus Corſicae, & Judex Calaritanus, multa donat Eccleſiae S. Mariae de Canovaria, & Simoni Abbati Inſulae Montis Chriſti. Tom. VI. 555. B.

Landulphus Epiſcopus Cremonae Monaſterio Cremonenſi S. Laurentii concedit ſub quibuſdam condicionibus Eccleſiam S. Victoris. Tom. XIV. 525. E.

MXXII. Henrici II. Regis, inter Auguſtos Primi, Diploma conceſſum Amato II. Archiepiſcopo Salernitano, per quod ei confirmat omnia jura. Tom. I. 331. A.

Bonifacius Marchio & Richilda Comitiſſa Conjuges a Landulfo Cremonenſi Epiſcopo recipiunt duas Curtes cum Caſtris titulo Precariae, eidemque aliam Curtem cum Caſtro donant. Tom. VII. 313. E.

Fundatio Monaſterii S. Juſtiniani in Comitatu Populonienſi, facta ab Hugone Comite, ceteriſque filiis Theoderici Comitis. Tom. IX. 357. C.

Bulla Benedicti VIII. Papae, qua Pompoſiano Monaſterio cuncta Privilegia & jura confirmat. Tom. XIV. 653. B.

MXXIII. Guaimarii III. ejuſque filii Guaimarii IV. Diploma, per quod Amato II. Archiepiſcopo Salernitano, ejuſque Eccleſiae omnia jura confirmant. Tom. I. 321. B.

Teudaldus Epiſcopus Arretinus Monaſterio SS. Florae & Lucillae largitur Decimas omnium bonorum Monaſterii ipſius ad ſuum Epiſcopatum ſpectantes. Tom. VII. 359. E.

MXXV. Conradi I. Italiae Regis Diploma, quo confirmat jura Monaſterio Lucenſi S. Pontiani. Tom. I. 149 A.

Ingo Epiſcopus Mutinenſis Monaſterio S. Petri Mutinenſis confirmat oblata, & nova ipſe addit. Tom. III. 261. D.

MXXVII. Traditio Baſilicae S. Thomae facta a Teuzone Epiſcopo Regienſi Liuzae Abbatiſſae SS. Viti & Modeſti. Tom. XIII. 499. D.

MXXVII. Conradi II. Regis, ac Primi inter Auguſtos Praeceptum, per quod Monaſterio Sanctimonialium Lucenſium Domini Salvatoris omnia illarum jura ac privilegia confirmat. Tom. IV. 169. C.

Conradi Auguſti I. Diploma, quo omnia jura ac bona confirmat Guinizoni Abbati Monaſterii S. Salvatoris in Amiate Cluſinae Dioeceos. Tom. XIII. 329. B.

MXXIX. Fundatio Monaſterii Seguſini S. Juſti, facta ab Alrico Epiſcopo Aſtenſi, ejuſque fratre Odelrico Magnifredo Marchione Seguſii, & Berta ejuſdem Magnifredi uxore. Tom. I. 579. A.

Permutatio inter Rodulphum Abbatem Monaſterii Nonantulani, & Ubertum filium Armanni, facta Ticini. Tom. XIII. 299. D.

Acta Benedicti Portuenſis Epiſcopi, atque aliorum Epiſcoporum in controverſia de Parochiis inter Epiſcopum Arretinum & Senenſem. Tom. XV. 645. A.

MXXXI. Literae Conradi I. Imperatoris ad Cives Cremonenſes, ut Epiſcopo Cremonenſi de quibuſdam querelis ſatisfaciant. Tom. XV. 91. A.

Conradus II. Rex, Imperator I. Hubaldo Cremonenſi Epiſcopo, ejuſque Eccleſiae, omnia bona & Privilegia confirmat. Tom. I. 705. A.

Conradus I. Imperator Hubaldo Cremonenſi Epiſcopo jura varia, & Comitatum ipſius Civitatis confirmat. T. IV. 129. A.

MXXXII. Guaimarii IV. Principis Salernitani Diploma, per quod Amato II. Salernitano Archiepiſcopo, ejuſque Eccleſiae, omnia jura ac bona confirmat. Tom. I. 323. D.

MXXXIII. Charta permutationis inter Ingonem Epiſcopum Mutinenſem, & Bonifacium Ducem & Marchionem Tuſciae, atque Richildam ejus uxorem, in qua Conjuges Epiſcopo donant Caſtra & Curtes Bajoariae & Foſſati Regis; Epiſcopus vero eis concedit in emphyteuſim Caſtra & Curtes Clagnani & Saviniani. Tom. I. 11. C.

Conradi I. Imperatoris Privilegium confirmatorium omnium jurium Monaſterii Ticinenſis S. Petri in Caelo-aureo. Tom. II. 259. D.

MXXXIV. Charta permutationis bonorum inter Rodulphum Abbatem Nonantulanum, & Adelbertum Comitem filium Uberti Comitis. Tom. IV. 491. B.

Concordia inter Bonifacium Marchionem, Tuſciae Ducem, & Magefredum Ubaldi filium, de permutandis variis Caſtellis & praediis. Tom. II. 247. D.

Charta permutationis factae inter Rodulphum Abbatem Nonantulanum, & Widonem Comitem, & Riprandum Clericum, filios quondam Uberti Comitis, & Widonem ac Ottonem eorum nepotes. Tom. XIII. 303. D.

MXXXIV. Burchardus Epiſcopus Patavinus Monaſterio S. Juſtinae omnes Anteceſſorum ſuorum Epiſcoporum donationes confirmat, & nova adjicit. Tom. VII. 363. A.

MXXXV. Guaimarii IV. Principis Salernitani donatio facta Monaſterio S. Barbarae ſito in Comitatu Salernitano. Tom. IX. 735. E.

Ejuſdem Guaimarii IV. Principis Salernitani Diploma, quo Eccleſiam S. Michaëlis Archangeli donat Monaſterio Cavenſi S. Trinitatis, ejuſque Abbati primo Adelferio. Tom. III. 207. D.

MXXXVI. Literae protectionis, ſeu Mundiburdii, conceſſae a Conrado I. Imperatore Monaſterio Monialium S. Xyſti Placentini. Tom. XIV. 457. B.

MXXXVII. Hermanni Colonienſis Archiepiſcopi Placitum in Comitatu Senenſi. Tom. X. 730. C.

Placitum in Comitatu Senenſi celebratum ab Hermanno Colonienſi Archiepiſcopo, & Bertolfo Comite, Miſſis Conradi Auguſti, in quo reſtituitur poſſeſſio quorumdam praediorum Huberto Abbati S. Salvatoris de Fonte Bona. Tom. VI. 361. D.

Leges Conradi I. Imperatoris de Feudis majoribus & minoribus Italici Regni, de cauſſis excidendi ex illis, de forma judiciorum, quum lis oritur de illis, & de modo ſucceſſionis in ipſis. Tom. II. 287. B.

Conradi I. Auguſti Diploma, per quod Monaſterio Seguſino S. Juſti bona collata ab Alrico Epiſcopo & Magnifredo Marchione confirmantur. Tom. I. 587. B.

Conradi II. Regis, Imperatoris Primi Praeceptum, quo omnia praedia cujuſdam Adami, qui Henricum Cardinalem Cremonenſis Eccleſiae injuſte occiderat, eidem Eccleſiae ad reparationem damni concedit. Tom. IV. 597. A.

MXXXVIII. Guibertus Epiſcopus Mutinenſis Bonifacio Marchioni & Duci Tuſciae tres Curtes & Caſtra Bazani, Livizani, & S. Mariae in Caſtello, titulo Emphyteuſis concedit; & contra Marchio eidem Epiſcopo donat alias Curtes & complures terras. Tom. VII. 317. B.

Immunitas a Fodro & Parata pro Monaſterio Roſellenſi S. Bartholomaei, vindicata ab Andrea Abbate in Placito coram Altohomo Miſſo Conradi Auguſti. Tom. XIV. 517. B.

Diploma Conradi I. Auguſti, quo privilegia confirmat Canonicis Lucenſibus. Tom. VIII. 275. E.

Placitum a Cadaloo (qui poſtea fuit Antipapa) Cancellario & Miſſo Imperatoris Conradi I. habitum in Comitatu Lucenſi, ubi Canonicis S. Martini adjudicatur poſſeſſio Caſtelli controverſi. Tom. I. 525. B.

MXXXVIII. Conradi I. Imperatoris Diploma, quo Ingoni Epiſcopo Mutinenſi omnia jura ac Privilegia Mutinenſis Eccleſiae confirmat, eumque Mutinae Comitem conſtituit. Tom. XV. *67*. E.

Confirmatio bonorum & jurium cum additamento Monialibus S. Thomae Regienſis facta a Sigefredo Epiſcopo Regienſe. Tom. XIII. 501. D.

Conradi I. Imperatoris Diploma, quo Parthenoni S. Sixti in Urbe Placentina poſito omnia Privilegia illius & jura confirmat. Tom. II. *199*. D.

Placitum in Urbe Lucenſi habitum coram Cadaloo Cancellario Imperiali, in quo Canonici S. Martini cauſſam obtinent contra Sigefredum & Landulphum. Tom. II. *39*. D.

Confirmatio jurium & privilegiorum Monaſterii S. Petri Mutinenſis facta a Guiberto Epiſcopo Mutinenſi. Tom. XIII. *693*. E.

Cadelohus Cancellarius & Miſſus Conradi I. Auguſti, Placitum Lucae habet, in quo Johannes Lucenſis Epiſcopus quaedam ſua jura confirmanda curat. Tom. VI. *395*. D

Donatio quinque Manſorum facta a Guiberto Epiſcopo Mutinenſe Eccleſiae Cathedrali S. Geminiani ad illius luminaria. Tom. VII. 523. C.

MXXXIX. Donatio Monaſterio Inſulae Montis Chriſti facta a Rogerio Comite Domino Corſicae. Tom. VI. *559*. B.

MXL. Decretum Henrici Regis III. quo interdicit Walderico Abbati Monaſterii Cremonenſis S Laurentii alienationem & precarias ipſius Coenobii abſque conſenſu Epiſcopi Cremonenſis. Tom. XV. 431. A.

MXLI. Ceſſio praediorum ſex, facta a Beatrice Comitiſſa, uxore Bonifacii Marchionis & Ducis Tuſciae, Monaſterio S. Proſperi Regienſis. Tom. VIII. *363*. C.

Concordia inter Beatricem Comitiſſam, Bonifacii Ducis & Marchionis uxorem, & Johannem Abbatem Monaſterii Regienſis S. Proſperi. Tom. IV. *483*. C.

MXLIII. Libellus Adelaxiae uxoris Alberti de Bajoaria nobilis Mutinenſis, per quem petit ac impetrat in emphyteuſim multa bona a Rodulfo Abbati Monaſterii Nonantulani. Tom. XIII. *619*. C.

Oblatio rerum ſuarum a Cunitio Presbytero facta Monaſterio S. Quirici & S. Mariae a Moxi. Tom. IX. *363*. B.

Placitum a Bonifacio Marchione & Duce Tuſciae habitum, in quo Obizoni Epiſcopo Piſano decernitur poſſeſſio quarumdam terrarum. Tom. IX. *365*. E.

MXLIV. Reſtitutio bonorum facta a Republica Raguſina Petro Abbati Monaſterii S. Mariae de Lacroma. Tom. XI. *99*. E.

MXLIV. Literae Adalgerii Cancellarii, & Miſſi Henrici III. Regis, poſtea Imperatoris II. ad Populum Cremonenſem, quibus praecipit, ut quicumque ad Placitum vocentur a Cremonenſi Epiſcopo, obediant. Tom. XV. 91. D.

Marinus Comes Cumanus, Sergii IV. Conſulis & Ducis Neapolitani filius, aliquot jura donat & confirmat Laurentio Hegumeno Monaſterii SS. Sergii & Bacchi. Tom. I. 343. A.

MXLV. Placitum Mediolani habitum ab Azone Marchione Eſtenſi, ejus Urbis Comite, ubi Canonicis Baſilicae Ambroſianae tutela conceditur pro fundo Axiliano. Tom. IX. 639. D.

Alterum Placitum ab eodem Azone Marchione habitum ipsâ de cauſsâ. Tom. IX. 641. C.

Confirmatio Privilegiorum & jurium Mantuanae Eccleſiae, facta ab Henrico II. Italiae Rege. Tom. XV. 675. A.

Imo, qui & Irmenfredus, Epiſcopus Arretinus Dioeceſim ſuam prae corporis aegritudine adminiſtrare non valens, eam in quatuor partes diſtributam, quatuor prudentibus viris Eccleſiaſticis regendam committit. Tom. XV. 693. C.

Donatio Civitatis Gaudiae facta a Teſſelgardo Comite Larinenſi Alberico Abbati Monaſterii Tremetenſis. Tom. IV. 25. C.

MXLVI. Henrici inter Auguſtos II. Praeceptum, per quod Lucenſi Coenobio S. Fridiani duos Manſos donat, ut ſingulis diebus Miſſa celebretur. Tom. XI. 351. A.

Placitum Piſtorii habitum coram Guiberto Comite, Miſſo Regis Henrici, in quo Praepoſitus Monaſterii S. Bartholomaei Piſtorienſis obtinet contra quoſdam. Tom. VIII. 339. A.

Inquiſitio de juribus quibuſdam Monaſterii Lucenſis S. Pontiani, juſſu Bonifacii Ducis & Marchionis Tuſciae habita. Tom. VIII. 397 D.

Henricus II. Imperator Cremonenſi Eccleſiae reſtituenda decernit eidem oblata a Gerardo nepote Heriberti Mediolanenſis Archiepiſcopi. Tom. XV. 433 B.

MXLVII. Henrici III. Regis, Imperatoris II. Diploma, quo omnia bona confirmat Monaſterio Veronenſi S. Zenonis. Tom. XV. 437. C.

Henricus III. Rex, & Imperator II. Canonicis Patavinis, eorumque Eccleſiae Privilegia renovat. Tom. III. 223 C.

Henrici III. Regis, inter Imperatores Secundi Diploma, quo Canonicis Taurinenſibus S. Salvatoris jura ac bona omnia confirmat. Tom. XII. 639. B.

MXLVIII. Henrici III. Regis & Imperatoris II. Diploma, quo confirmat Monaſterio S. Petri Bremidenſis, ab Adelberto Marchione aedificato, omnia illius bona & jura. Tom. XIV. 655. B.

Narratio omnium, quae fecit Beatus Bonus Abbas pro fundando ac ditando Monaſterio Piſano S. Michaëlis. Tom. XI. 329. A.

Bonifacii Marchionis & Ducis Tuſciae Diploma, quo omnia jura & Privilegia Monaſterio Piſtorienſi S. Bartholomaei confirmat. Tom. III. 135. A.

MXLIX. Leonis IX. Bulla, per quam Monaſterium Peruſinum S. Mariae Vallis-Pontis eripitur Peruſinis Epiſcopis. Tom. XIV. 733. B.

Henricus, inter Imperatores Secundus, Bernardo Patavino Epiſcopo jus cudendae pecuniae elargitur. Tom. V. 637. B.

ML. Leonis IX. Summi Pontificis Bulla, qua Monaſterio S. Mariae in Gradibus Arretinae Dioeceſis omnia illius jura confirmat. Tom. XIV. 593. E.

Charta Creſcentii Comitis, per quam juramentum fidelitatis praeſtat Berardo Abbati Farfenſi pro Caſtello Tribuci, reddendo poſt annum unum eidem Abbati. Tom. XV. 449. E.

Donatio facta Monialibus S. Thomae Regienſis a Conone Epiſcopo ejuſdem Civitatis. Tom. XIII. 505. D.

Henrici inter Imperatores Secundi Diploma, quo duos Advocatos cum variis juribus ac Privilegiis concedit Monaſterio Veronenſi S. Zenonis. Tom. XIII. 41. D.

MLI. Donatio facta Eccleſiae Sancti Felicis a Guaimario IV. & Giſulfo II. Principibus Salernitanis. Tom. I. 371. C.

Donatio facta ab Oddone Marchione Seguſii Canonicis S. Petri Tarantaſienſis. Tom. I. 545. C.

Donatio facta Eccleſiae S. Felicis in Lucania a Guaimario IV. Principe Salernitano. Tom. VI. 49. A.

MLII. Charta concordiae inter Bonifacium Marchionem, ſive Ducem Tuſciae, & Ottam Abbatiſſam S. Salvatoris, ſive S. Juliae Brixianae pro Curte Miliarina & Sermeta. Tom. XIII. 525. D.

Henrici III. Regis, & II. Imperatoris Diploma, quo Clerum Volaterranum a jure Comitum eximit, & Eccleſiae Volaterranae omnia illius jura ac Privilegia confirmat. Tom. VIII. 171. D.

Imilia nobiliſſima Comitiſſa multa donat Sublacenſi Monaſterio, ejuſque Abbati Humberto. Tom. IV. 247. D.

Leonis IX. Bulla, qua Monaſterio S. Mariae de Pomposia confirmat varia illius jura & bona. Tom. XIII. 125. C.

MLIII. Bulla Leonis IX. Papae, qua Monaſterio Barenſi S. Trinitatis confirmat Eccleſiam S. Nicolai, a Nicolao Barenſi Epiſcopo eidem conceſſam. Tom. XV. 425. B.

MLIV. Confirmatio privilegiorum & jurium facta ab Henrico Rege III. Imperatore II. Monaſterio Monialium Ticinenſium, quod appellatur Senatoris. Tom. XIV. 547. B.

Diploma Henrici Regis III. Imperatoris II. quo omnia Privilegia & jura confirmat Eccleſiae Hadrienſi. Tom. XIV. 731. A.

Benedictus Epiſcopus Adrienſis Eccleſiam S. Andreae in Ponticulo, una cum Decimis &c. concedit Farulſo, qui & Bulgarus. Tom. XV. 585. B.

Henricus inter Reges Tertius, inter Auguſtos Secundus, bona ac jura cuncta ſuo Praecepto confirmat Eccleſiae Vercellenſi, ejuſque Epiſcopo Gregorio. Tom. XIV. 711. B.

Riculfus Abbas S. Vitalis Ravennatis locum quemdam infra Civitatem Ravennae in emphyteuſim concedit Guiberto Epiſcopo Mutinenſi. Tom. V. 515. C.

Donatio quatuor Praediorum facta Monaſterio S. Proſperi Regienſis ab Arduino Comite de Comitatu Parmenſe. Tom. I. 715. D.

Elogium Hermanni Contracti ab ejus familiari conſcriptum. Tom. IX. 107. E.

MLV. Donatio quatuor praediorum facta Monaſterio Forojulienſi ſacrarum Virginum S. Mariae in Valle a Goteboldo Patriarcha Aquilejenſi. Tom. XIII. 495. B.

Venditio bonorum facta ab Hugone Comite filio Theudici Comitis. Tom. IX. 367. E.

Henrici III. Germaniae ac Italiae Regis, & Imperatoris II. Privilegium conceſſum Ferrarienſi Populo. Tom. XIV. 93. B.

Henricus III. Rex, Imperator II. Arimannis Mantuanis jura ac immunitates confirmat. Tom. IX. 651. B.

Guntheri Cancellarii & Miſſi Domni Imperatoris Placitum in Comitatu Florentino. Tom. X. 735. D.

Donatio Tremitenſi Monaſterio, ejuſque Abbati Adam facta a Malfreda, ſive Malfria Marchione, Taſſalgardi Comitis filio. Tom. XIII. 639. E.

Guntherus Cancellarius Henrici Imperatoris II. in Placito Mantuano Bannum promulgat pro tutela Decimarum ſpectantium ad Canonicos Patavinos. Tom. VI. 59. C.

Henricus Rex III. Imperator II. Eccleſiae Mantuanae omnia illius jura ac Privilegia firmat. Tom. XV. 677. E.

MLV. Henrici II. Auguſti Diploma, quo diſtrictum Inſulae Fulcherii concedit Hubaldo Epiſcopo Cremonenſi. Tom. III. 225. C.

Guntherus Cancellarius Henrici Imperatoris II. Bannum promulgat in Placito Veronenſi pro Canonicis Patavinis. Tom. VI. 369. E.

Bulla Victoris II. Papae, qua Rolando Epiſcopo Ferrarienſi, ejuſque Eccleſiae, omnia jura ac Privilegia confirmat. Tom. XV. 441. B.

Mundiburdii, ſeu defenſionis Literae, ab Henrico Rege III. Imperatore II. conceſſae Monialibus Ticinenſibus S. M. Theodotae. Tom. VII. 137. E.

Placitum a Guntherio Cancellario & Miſſo Henrici II. Imperatoris habitum in Comitatu Florentino: in quo Advocatus Monaſterii S. Bartholomaei Curtis Mainberti res quaſdam ejuſdem Coenobii tuetur contra nonnullos earum uſurpatores. Tom. II. 43. A.

Placitum in Runcaliis habitum coram Henrico Rege III. Imperatore II. in quo Lunenſis Epiſcopus Wido evincit tertiam partem Caſtelli, quod dicitur Aginulfi, contra Gandulfum de Luca. Tom. VIII. 181. A.

Literae protectionis, ſeu Mundiburdii, Canonicis Parmenſibus conceſſae ab Henrico Rege III. Imperatore II. Tom. IV. 595. A.

Henricus Rex III. Imperator II. Canonicis Eccleſiae Cremonenſis omnia illorum bona confirmat. Tom. IV. 133. E.

MLVI. Willa Comitiſſa, olim Uxor Hugonis Ducis & Marchionis, libertate donat in Civitate Bononienſi Clerizam Ancillam ſuam. Tom. II. 717. C.

Donatio quartae partis ſuorum bonorum facta a Petro filio Vovi Inmillae Conjugi ſuae titulo Morgincap. Tom. IX. 369. D.

MLVIII. Goteſcalchi Abbatis Nonantulani tabulae, quibus multa Populo Nonantulano largitur. Tom. VII. 429. D.

Donatio bonorum facta ab Uberto filio Lei Eccleſiae Majori Piſanae, ſeu ejus Epiſcopo Obizoni. Tom. IX. 371. B.

Donatio praediorum facta Cathedrali Regienſi ab Arduino Comite Comitatus Parmenſis pro quatuor Presbyteris Manſionariis ibi ordinandis. Tom. XI. 355. C.

Giſulfi II. Principis Salernitani Diploma, per quod Alphano I. Aſchiepiſcopo Salernitano omnia jura ac bona confirmat. Tom. IV. 19. A.

Stephani IX. Papae Bulla, per quam confirmat Cleri Secularis immunitatem a Saecularium poteſtatum judiciis & oneribus. Tom. XIV. 509. A.

MLVIII. Godefridi Ducis & Marchionis Tuſciae, & Beatricis ejus Uxoris, Literae protectionis conceſſae Canonicis Arretinae Eccleſiae, eorumque rebus. Tom. III. 137. C.

Giſulfi II. Praeceptum, per quod Alfano I. Salernitano Archiepiſcopo, ejuſque Eccleſiae jura omnia ac bona confirmat. Tom. I. 325. C.

Placitum a Godefrido Duce ac Marchione Tuſciae habitum Lucae, in quo Anſelmus ejus Urbis Epiſcopus Eccleſiam S. Alexandri ſibi vindicat. Tom. III. 151. D.

Henricus IV. Germaniae & Italiae Rex Bernardo Epiſcopo Patavino, ejuſque Eccleſiae Privilegia omnia & jura confirmat. Tom. XIV. 729. B.

MLIX. Oblatio Caſtelli & Podii Nuvolae, facta a Bonone & aliis Eccleſiae Majori Piſanae, ſive ejus Epiſcopo Obizoni. Tom. IX. 373. C.

Charta venditionis factae a Rainerio filio quondam Ughiccionis Marchionis. Tom. IX. 375. E.

Pacta inter Berardum Abbatem Farfenſem, & filios Creſcentii Comitis ob dimidiam partem Caſtelli Tribuci eis conceſſam. Tom. XV. 455. A.

Placitum coram Godefrido Duce & Marchione Tuſciae habitum, in quo Henricus Abbas Monaſterii Arretini SS. Florae & Lucillae cauſſam obtinet contra occupatores terrae Martinenſis & Barbaritanae Tom. III. 153. D.

Placitum in Comitatu Arretino habitum coram Gottifredo Duce & Marchione Tuſciae, in quo Canonici Arretini contra quoſdam uſurpatores protectione donantur. Tom. I. 513. E.

MLX. Remiſſio offenſarum, & reſtitutio quorumdam Caſtrorum facta Widoni Epiſcopo Volaterrano a Gullielmo Comite, qui & Bulgarellus, coram Nicolao II. Papa in Civitate Florentia. Tom. XV. 447. B.

Charta Henrici Ravennatis Archiepiſcopi, donantis Liuzae Abbatiſſae Monaſterii S. Andreae Majoris Monaſterium dirutum S. Laurentii. Tom. XI. 353. A.

Almeradi Epiſcopi Draconarienſis Charta, qua profitetur, nihil libertati Monaſterii Tremitenſis detractum iri, quod eam Eccleſiam is conſecrarit. Tom. XIV. 627. C.

Conſecratio Altarium Baſilicae Farfenſis a Nicolao II. Romano Pontifice facta, & Monaſterii illius libertas ab eodem Pontifice confirmata. Tom. XIV. 631. E.

MLXI. Donatio facta Monaſterio S. Michaëlis in Martuli, ejuſque Abbati Johanni ab Alberto Marchione filio q. Obizonis Marchionis. Tom. IX. 377. E.

MLXI. Nicolai II. Papae Bulla, confirmantis Privilegia Capitulo Canonicorum Suanenſium. Tom. XII. 741. B.

Donatio facta a filiis Bonandi, Antonio, ſive Anto, Abbati S. Bartholomaei in Muſiliano. Tom. XIII. 653. B.

MLXII. Inveſtitura, ſive Charta Emphyteuſis quarumdam Plebium & agrorum, conceſſa Hugoni Comiti filio quondam Hugonis Marchionis, & Mathildae ejus Conjugi, a Rolando Epiſcopo Ferrarienſe. Tom. XIII. 617. A.

Ardoinus Comes de Comitatu Parmenſi decem Maſſaritias donat Monaſterio Regienſi S. Proſperi, nunc S. Petri. Tom I. 717. D.

MLXIII. Wolmari Epiſcopi Regienſis Decretum, quo Monialibus S. Thomae confirmat Plebem S. Michaëlis. Tom. VI. 31. A.

MLXIV. Promiſſio recte exercendi jus Advocatiae pro Monaſterio S. Hilarii Olivolenſis, facta ab Uberto de Fontannive Duci Venetiarum Dominico Contareno, & Johanni Abbati ejuſdem Monaſterii. Tom. XIII. 51. D.

Donatio duarum Eccleſiarum, facta Caſinenſi Coenobio a Baraſone Sardiniae Regulo. Tom. VI. 529. D.

MLXVI. Gandulfus Regienſis Epiſcopus Ingoni & Eurardo in emphyteuſim concedit Eccleſiam S. Mariae in Caſtro novo cum quibuſdam conditionibus. Tom. VII. 349. D.

MLXVII. Placitum a Godefrido Marchione & Duce Tuſciae habitum, in quo Widoni II. Epiſcopo Piſano poſſeſſio quorumdam bonorum reſtituitur. Tom. IX. 381. A.

Inveſtitura Plebis Cellenſis, & ſubjectarum Eccleſiarum, titulo emphyteuſis data Signoretto filio Gerardi a Leone Epiſcopo Piſtorienſi. Tom. XIII. 69. A.

MLXVIII. Donatio Eccleſiae S. Trinitatis, facta Urſo Abbati S. Luciae de Roffeno ab Alberto Comite de Panego, ejuſque conjuge Imelda. Tom. XIII. 235. B.

MLXX. Notitia Caſtellorum, Plebium, aliorumque jurium, quae Bonifacius Dux & Marchio Tuſciae receperat in Feudum, vel in Emphyteuſim ab Epiſcopis Regienſibus. Tom. VII. 327. C.

Conſtitutio Herimanni Epiſcopi Volaterrani in Synodo ſuae Dioeceſis facta, ad reſtituendam Vitam communem Canonicorum Eccleſiae ſuae. Tom. XII. 671. E.

Henrici inter Germaniae Reges Quarti Diploma, per quod Gregorio Vercellenſi Epiſcopo multa largitur. Tom. II. 517. C.

Donatio facta Eccleſiae Piſanae a Torgotore Judice Calaritano. Tom. VI. 523. A.

MLXXI. Obligatio Berardi de non impedienda conſtructione Caſtri in Podio Monteclaro. Tom. X. 769. B.

MLXXII.

MLXXII. Fundatio Collegii Canonicorum, facta a Widone II. Epiſcopo Piſano in Eccleſia Piſana S. Petri ad Vincula. Tom. IX. 383. D.

Placitum in Comitatu Cluſino habitum a Beatrice Duciſſa Thuſciae, ejuſque filia Mathilde, in quo Rocha de Scanzano adjudicatur Mauro Abbati Monaſterii S. Salvatoris de Monte Amiata, contra Lanfrancum Epiſcopum Cluſinum. Tom. VI. 349. A.

Placitum Florentiae habitum coram Beatrice Duciſſa ac Marchioniſſa Tuſciae, in quo Berta Prioriſſa S. Felicitatis protectionem Regiam Coenobio ſuo impetrat. Tom. I. 529. E.

Concordia Bernardi & Ardingi cum Canonicis Senenſibus pro nonnullis Curtibus. Tom. X. 773. C.

MLXXIII. Odo & Ardoinus fratres, filii quondam Guidonis Comitis Regienſis, novis reditibus augent Manſionariam ab eorum patre inſtitutam in Cathedrali Regienſi. Tom. XI. 361. A.

Guido, Ardoinus, atque Odo fratres, filii quondam Guidonis Comitis Regienſis, nova dona conferunt Manſionariae ab eorum genitore fundatae in majori Templo Regienſi. Tom. XI. 363. C.

Decretum Mathildis Comitiſſae & Duciſſae Tuſciae pronuntiatum pro Eritha Abbatiſſa Parthenonis Lucenſis S. Juſtinae. Tom. II. 69 D.

Placitum a Bonifacio Comite Veronae habitum in Vico Illas, in quo Regium patrocinium conceditur rebus Monaſterii Veronenſis S. Mariae ad Organum. Tom. I. 675. E.

MLXXIV. Locatio Cancianae, facta a Lamberto Archipresbytero Canonicorum Senenſium. Tom. X. 776. E.

Dominici Sylvii, Venetiarum & Dalmatiae Ducis Diploma, quo multa jura & bona confirmat Dominico Patriarchae Gradenſi. Tom. I. 411. C.

MLXXV. Juramentum fidelitatis, quod praeſtitit Nobilis vir Willelmus filius quondam Andreae de Calviniaco Dominus Caſtri Rodulfi pro Burgo Dolenſi, cujus cuſtodiam ab Eccleſia Romana recepit. Tom. X. 151. D.

Concordia inita inter Albertum de Bajoaria Nobilem Mutinenſem, & Heribertum Epiſcopum Mutinenſem de Canonica Civitatis Novae, coram Beatrice Comitiſſa & Duciſſa Tuſciae. Tom. I. 401. C.

Placitum Florentiae habitum a Beatrice Duciſſa Tuſciae, ejuſque filia Mathilda, in quo Anſelmus Lucenſis Epiſcopus jura ſua in Caſtello Montis Catini confirmanda curat. Tom. III. 163. C.

MLXXV. Formula, qua Farulfus Presbyter offert ſe Capitulo Canonicorum Arretinorum, ad ſerviendum Eccleſiae ſecundum Canonicam Regulam. Tom. XII. *667*. E.

Donatio facta Monialibus Regienſibus S. Thomae a Gandulfo Epiſcopo ejuſdem Civitatis. Tom. XIII. 507. C.

MLXXVII. Definitio litis, facta ab Hugone Vicecomite ex juſſu Beatricis Duciſſae Tuſciae. Tom. IX. 385. E.

Henrici IV. Regis Diploma, quo Monachis Ticinenſibus S. Salvatoris omnia illorum jura confirmat. Tom. VI. 335. B.

Ejuſdem Diploma, quo Heritkae Abbatiſſae Monaſterii Lucenſis S. Salvatoris omnia bona ac jura confirmat. Tom. VI. 337. C.

Donatio Caſtelli Collimontis facta Petro Abbati S. Johannis de Ranſoniſſe ab Oderiſio Comite. Tom. XIV. 205. D.

Henricus IV. Rex Ragimbaldo Tarviſano Comiti omnia illius bona & jura confirmat. Tom. XIV. *91*. A.

Bannum in Placito Veronenſi emiſſum a Bennone Oſnaburgenſi, & Odone Novarienſi Epiſcopis pro tutela Canonicorum & Clericorum Eccleſiae & Diocceſis Patavinae. Tom. VI. *331*. D.

Refutatio Vallis de Mercato, facta a Civibus Patavinis Johanni Abbati S. Juſtinae in Placito habito Patavii a Miſſis Henrici IV. Regis. Tom. II. 15. B.

Gregorius Epiſcopus Vercellenſis, & Odelricus Miſſi Regis Henrici in Placito Veronenſi bannum emittunt pro tutela Canonicorum Eccleſiae Patavinae. Tom. VI. 333. C.

MLXXVIII. Donatio Caſtri Moricidae, facta Romanae Eccleſiae a Marrone Gisleri filio. Tom. X. *149*. D.

Charta emphyteuſis Ferrarienſis. Tom. V. *695*. B.

MLXXIX. Oblatio Rainerii Comitis facta Epiſcopo Senenſi. Tom. X. 778. B.

Donatio facta Monaſterio Taurinenſi SS. Solutoris, Adventoris, & Octavii ab Adelaide Marchioniſſa Seguſii. Tom. I. 547. A.

Confirmatio Privilegiorum & jurium, Epiſcopo Patavino ejuſque Eccleſiae facta ab Henrico IV. Rege. Tom. IV. *129*. E.

Placitum Ferrariae habitum a Mathilde Comitiſſa, ubi controverſia agitata eſt inter Gratianum Epiſcopum Ferrarienſem, & Hieronymum Abbatem Pompoſianum. Tom. VI. 353. D.

Placitum Arretii habitum coram Conſtantino Epiſcopo illius Civitatis, & Hugone Comite, in quo Guido Abbas

Abbas Monaſterii SS. Florae & Lucillae evincit Curtem de Seſto. Tom. VI. 51. B.

MLXXX. Rogerius Apuliae & Calabriae Dux, ſive Robertus Guiſcardus ejus puer, Caſtellum de Comite concedit Alfano I. Archiepiſcopo Salernitano. Tom. I. 373 D.

Inquiſitio Johannis Epiſcopi, & Hildeberti, atque Alberici Comitum Regiorum in controverſia Monaſterii Mediolanenſis S. Ambroſii contra Monaſterium Augienſe in Alamannia de quibuſdam terris. Tom. XIV. 425. B.

Breve ſecuritatis ac immunitatis a Mathilda Comitiſſa conceſſum per terram ſuam Monaſterio Caſinenſi. Tom. III. 139. D.

Placitum in Comitatu Arretino habitum coram Conſtantino Epiſcopo illius Civitatis, in quo Johannes filius Ruſticelli ſe Liberum hominem fruſtra oſtendere conatus, Servum tamdem ſe fatetur Monaſterii SS. Lucillae & Florae. Tom. II. 555. B.

Mathildis Comitiſſae & Duciſſae donatio facta Monaſterio Regienſi S. Proſperi. nunc S. Petri. Tom. IV. 505. A.

MLXXXI. Henrici Quarti Regis Privilegium Petro Abbati conceſſum pro Monaſterio S. Eugenii in Comitatu Senenſi. Tom. XV. 401. A.

Concordia inter Henricum IV. Regem, & Populum Piſanum, ubi pacta inter eos inita recenſentur. Tom. IX. 659. C.

Donatio a Rodulpho Epiſcopo Senenſi facta Capitulo Canonicorum Senenſis Eccleſiae. Tom. XII. 601 E.

Rambaldi Comitis Tarviſini donatio facta Monaſterio S. Euſtachii de Narveſia. Tom. IV. 485. C.

MLXXXII. Charta Gerardi Epiſcopi, fundantis aut confirmantis Collegium Canonicorum in Eccleſia Piſana S. Petri ad Vincula. Tom IX. 387. D.

MLXXXIII. Inveſtitura Decimarum data Aldigerio Judici a Gratiano Epiſcopo Ferrarienſi. Tom. VII. 379. A.

Bonafilia Abbatiſſa Aſceterii Ferrarienſis S. Silveſtri, terras in emphyteuſim concedit Urſae, quae vocatur Bocaroſola. Tom. IV. 647. B.

MLXXXIV. Fundatio Monaſterii S. Ruſuri, facta a Gerardo Epiſcopo Piſano. Tom IX. 391. A.

Charta Tebaldi, filii Pagani, qua Johanni Priori S. Crucis eremi Fontis Avellani, concedit Eccleſiam S. Apollinaris in Nartianula. Tom. XIII. 661. E.

Confirmatio omnium bonorum & jurium facta Monaſterio Veronenſi S. Zenonis, ab Henrico IV. Rege, Imperatore Tertio. Tom. II. 519. C.

MLXXXV. Milo Epiſcopus Patavinus litem vincit in Placito coram Liutaldo Duce contra quoſdam uſurpatores bonorum Eccleſiae ſuae. Tom. VI. 61. B.

MLXXXVIII. Mathildis inclytae Comitiſſae Charta, per quam Monachis Nonantulanis dimittit Eccleſiam S. Silveſtri in Caſtro Nogariae ſitam. Tom. IV. 457. E.

MLXXXIX. Confirmatio omnium jurium ac bonorum facta Alfano II. Archiepiſcopo Salernitano a Rogerio Duce Apuliae. Tom. I. 377. A.

MXC. Robertus Comes Principatus Salerni Alfano II. Archiepiſcopo Salernitano omnia bona & jura confirmat. Tom. I. 379. C.

Rogerius Dux Apuliae, filius Roberti Wiſcardi Ducis, Judaicam & Judaeos Salernitanae Civitatis incolas dono dat Alfano II. Salernitano Archiepiſcopo. Tom. III. 35. D.

Vitalis Faletrus Venetiarum & Dalmatiae Dux Monaſterio Veneto S. Georgii Majoris donat terras & domos in Urbe Conſtantinopolitana poſitas. Tom. III. 39. A.

Henrici Regis Quarti, Imperatoris Tertii, Diploma, quo nonnulla Caſtella confirmat Monaſterio Veronenſi S. Zenonis. Tom. XIII. 629. B.

MXCI. Hugonis Comitis Sablonetae Donatio facta Monaſterio Regienſi S. Proſperi, nunc S. Petri. Tom. I. 709. B.

Confirmatio Privilegiorum, facta ab Henrico Rege IV. Imperatore III. Civibus Mantuanis. Tom. IX. 655. A.

Mathildis Comitiſſa, uxor Uchonis Comitis, Monachis Regienſibus S. Proſperi quaedam a viro ſuo donata confirmat. Tom. IV. 487 E.

MXCII. Enarratio eorum, quae perverſe geſta ſunt a Cuſtodibus Eccleſiarum S. Stephani & S. Donati in Civitate Arretina, & quomodo Canonici tamdem eas Eccleſias acquiſierint. Tom. XII. 675. B.

Clementis III. ſive Guiberti Pſeudo-Papae Bulla, qua Canonicis Eccleſiae Regienſis omnia illorum bona & jura confirmat. Tom. IV. 337. A.

MXCIII. Ludovicus Regienſis Epiſcopus conceſſionem Curtis S. Stephani cum Plebe, factam Canonicis Regienſibus, & ipſe confirmat. Tom. IV. 127. B.

Donatio Caſtri Novi, Campitelli, & Scorciaroli facta Cononi Epiſcopo Mantuano, ejuſque Eccleſiae, ab Henrico Rege IV. Imperatore III. Tom. XIII. 663. E.

Henrici Regis IV. Imperatoris III. Diploma confirmatorium quorumdam jurium Ticinenſis Eccleſiae. Tom. XIV. 723. B.

MXCIV. Daiberti Archiepiſcopi Piſani Charta, per quam in Sacrificiis & Orationibus commendandos jubet Fabros, qui ſe liberales praeſtant erga Operam, ſeu Fabricam Piſanae Eccleſiae. Tom. IX. 393. C.

Donatio cum quibuſdam conditionibus facta Monaſterio Cavenſi S. Trinitatis a Giſolfo filio Johannis Comitis. Tom. II. 217. D.

Adelaidis filiae Hugonis Comitis donatio facta Monaſterio S. Proſperi, nunc S. Petri Regienſis Urbis, Tom. I. 721. E.

MXCV. Henricus Rex IV. Imperator III. Monaſterio S. Mariae Pompoſianae omnia illius jura ac Privilegia confirmat. Tom. XIV. 643. B.

Arnulphi III. Mediolanenſis Archiepiſcopi Bulla, per quam Eccleſiae S. Gemuli Martyris, ubi ejus Corpus requieſcit, Privilegia ac libertatem concedit. Tom. XII. 765. D.

Decretum Henrici Imperatoris Tertii promulgatum in Placito Patavii habito pro tutela quorundam bonorum ad Monachos S. Juſtinae Patavinae ſpectantium. Tom. VI. 327. C.

MXCVI. Benedictus Epiſcopus Mutinenſis quaedam donat Monaſterio Mutinenſi S. Petri. Tom. XIII. 695. C.

Urbani II. Papae Bulla, qua Monialibus Cremonenſibus S. Johannis Euangeliſtae, omnia illarum jura confirmat. Tom. XIV. 193. A.

MXCVII. Geminae Epiſtolae Imperatoris Alexii ad Abbatem Montis Caſini. Tom. XIII. 217. B.

Chonradi II. Regis Italiae Diploma, quo Canonicis Eccleſiae Cremonenſis omnia illorum bona ac jura confirmat. Tom. XII. 729. A.

MXCVIII. Mathildis Comitiſſae & Duciſſae Tuſciae donatio facta Hoſpitali S. Michaëlis Archangeli de Bumbiano. Tom. VIII. 59. C.

Confirmatio Monaſterii S. Luſorii, facta a Daiberto Archiepiſcopo Piſano. Tom. IX. 395. C.

Daiberti Archiepiſcopi Piſani Epiſtola, per quam Hugonem conſtituit Abbatem in Monaſterio S. Luxorii. Tom. IX. 397. C.

Memoria litis & Pugnae inter Monaſterium Regienſe S. Proſperi, & Commune Vallis pro bonis in territorio Naſetae, coram Judicibus Mathildis Comitiſſae. Tom. VIII. 185. C.

Poſſeſſio capta ab Alfano II. Archiepiſcopo Salernitano quorumdam bonorum ſibi conceſſorum a Roberto Comite Principatus Salernitani. Tom. I. 383. A.

MXCVIII. Boſo Archidiaconus Parmenſis, Albertus Comes, eorumque Conſanguinei & Affines, Monaſterio Regienſi S. Proſperi, nunc S. Petri, donant Capellam S. Mariae in Caſtro Gualterii ſitam. Tom. I. 711. E.

Epiſtola Alexii Imperatoris Conſtantinopolitani ad Abbatem Montis Caſini, qua pollicetur, ſe Francorum exercitui praeſtiturum auxilium in Oriente. Tom. XIII. 215. D.

MXCIX. Concordia inita inter Canonicos S. Martini Lucenſis, & Widonem filium Hildebrandi, eis antea infeſtum. Tom. XI. 241. D.

Conſtitutio Morgincap, ſive Donatio propter Nuptias facta Bertae ab ejus viro Cara-coſa. Tom. IX. 399. D.

MC. Charta commutationis terrarum inter Eccleſiam Neapolitanam Sanctae Reſtitutae, & Moniales S. Michaëlis Archangeli. Tom. XII. 579. E.

Placitum Florentiae coram Comitiſſa Mathilde habitum, in quo Guido Comes terras a Guidone filio Bonifacii renunciatas concedit Canonicis Eccleſiae S. Reparatae. Tom. VIII. 341. D.

Mathildis Comitiſſae & Duciſſae Praeceptum immunitatis & protectionis conceſſum Monaſteriis Congregationis Vallis-umbroſanae. Tom. III. 141. B.

Sententia Warnerii Miſſi Imperialis in Placito habito in Monteſilice pro Monialibus Sancti Zachariae Venetiarum contra Monaſterium Patavinum S. Juſtinae. Tom. II. 45. E.

MCII. Donatio Canoſſino Templo facta a Mathilde Comitiſſa. Tom. XII. 659. A.

Mathildis magnae Comitiſſae concordia cum Abbatiſſa Monaſterii Placentini S. Sixti, pro Caſtro & Curte Guardiſtallae. Tom. XV. 123. A.

MCIII. Mathildis Comitiſſae Charta, per quam varia Caſtra ac bona confert Monaſterio Nonantulano ad theſauri ejuſdem Eccleſiae a ſe expenſi reſtaurationem. Tom. XIII. 679. E.

Donatio Tolonei facta Populo Piſano a Turbino Judice, ſive Rege Calaritano. Tom. VI. 527. A.

MCIV. Concordia inter Hugonem & Lotharium Comites, filios quondam Uguiccionis Marchionis, & Bentium Priorem Eccleſiae S. Mariae de Fine. Tom. IX. 401. C.

Mathildis Comitiſſae donatio facta Monaſterio S. Salvatoris in Alpe Frontonis. Tom. VIII. 417. E.

Otto Archiepiſcopus Ravennas vendit Landulpho Epiſcopo Ferrarienſi, ejuſque Eccleſiae, Maſſam Firminianam cum Plebe S. Stephani. Tom. VI. 35. A.

MCV.

MCV. Teſtamentum Bernardini Comitis, relinquentis omnia ſua bona Canonicis Senenſibus. Tom. X. 784. E.

Judicium Mathildis Comitiſſae de rebus S. Benedicti de Monte Caſino in Longobardia in loco Paſtorini. Tom. XIII. 611. D.

Alterum Judicium de eadem re. Tom. XIII. 613. B.

Placitum, in quo Comitiſſa Mathildis decretum protectionis concedit pro nonnullis rebus Canonicorum Volaterranae Eccleſiae. Tom. III. 157. A.

Bernardus S. R. E. Cardinalis, & Papae Vicarius, Eccleſiam & Monaſterium S. Michaëlis de Monte in Lunenſi Dioeceſi ſitum commendat Abbati Monaſterii Canuſini. Tom. XIII. 377. B.

MCVI. Mathildis Comitiſſae & Duciſſae Tuſciae decretum ſuper controverſia S. Michaëlis de Soleria in Comitatu Mutinenſi, vertente inter Epiſcopum Mutinenſem, & Abbatem Pompoſianum. Tom. XIV. 433. B.

Sententia Mathildis Comitiſſae pro Monaſterio Ticinenſi S. Salvatoris in controverſia inter Curtem Melariae, & Caſtrum Reveri. Tom. XIII. 279. A.

Concordia inter Landulfum Epiſcopum Ferrariae, & Laicos illius Urbis, qui Clericis omnes Eccleſias, Oblationes, & Primitias renuntiant. Tom. XV. 507. C.

Paſchalis II. Papae Bulla pro Benedicto Abbate Monaſterii S. Salvatoris in Moxi. Tom. IX. 403. A.

MCVII. Alfredus, Petrus, & alii de Saviniano coram Comitiſſa Mathilda concedunt Dodoni Epiſcopo Mutinenſi omnia ſua jura contra Ardizonem de Bagno pro damnis ſibi inlatis. Tom. XI. 235. E.

Dotatio Eccleſiae S. Mariae, facta Mediolani a Fulcuyno ejus fundatore. Tom. XII. 597. C.

Dodo Epiſcopus Mutinenſis homines Maſſae immunes ab albergariis Comitiſſae Mathildis praeſtat. Tom. IV. 105. D.

Placitum in Comitatu Volaterrano coram Mathilda Comitiſſa & Duciſſa Tuſciae habitum, in quo Canonici Volaterrani cauſſam obtinent pro quibuſdam terris. Tom. III. 167. A.

MCVIII. Judicatum Mathildae Comitiſſae pro immunitate hominum Rochae S. Mariae de Caſtello ab albergariis, aliiſque oneribus Miniſtrorum Comitis. Tom. II. 515. C.

Johannis Abbatis Monaſterii Ravennatis S. Johannis Euangeliſtae Charta, per quam multa bona confirmat Eccleſiae S. M. in Portu, & facultatem acquirendi Emphyteuſes ejuſdem Monaſterii concedit. Tom. VII. 425. D.

MCVIII. Charta de fidelitate & ſervitiis a Nimphiſinis Romanae Eccleſiae faciendis. Tom. IV. 17. C.

Conceſſio terrarum facta Hildebrando & Guidoni fratribus a Mathilde Comitiſſa, ut Rocham Giſadelli deinceps muniant & cuſtodiant. Tom. V. 249. B.

Oblatio bonorum facta ab Opizello Canonicis Senenſibus. Tom. X. 789. A.

Tancredi Principis Antiocheni Charta, qua Piſanis pollicetur locum in Urbe Laodicea, & Vicum unum in Civitate Antiochiae concedit. Tom. VI. 263. E.

Ejuſdem Tancredi Principis Antiocheni Charta, qua Piſanis Vicum unum in Civitate Laodiceae, eorumque navibus immunitatem ac libertatem concedit. Tom. VI. 265. B.

MCIX. Charta, per quam Hugo Comes, filius quondam Uguiccionis Comitis, vendit portionem bonorum Girardo Abbati Monaſterii S. Benedicti de Morrona, cum pacto recuperandi. Tom. IX. 405. B.

Venditio Caſtelli & Curtis de Montemaximo, facta a filiis Ubaldi Petro Epiſcopo, & Conſulibus Piſanae Civitatis. Tom. IX. 407. E.

Venditio ejuſdem Caſtelli & Curtis de Montemaximo facta ab aliis condominis eidem Petro Epiſcopo, & Conſulibus Piſanis. Tom. IX. 411. C.

Excerptum ex Regeſto Paſchalis II. Papae ſuper receptione Caſtrorum Pontiae & Efides, & eorumdem conceſſione facta Johanni Abbati Sublacenſi. Tom. II. 305. E.

Refutatio, ſive reſtitutio multorum agrorum, facta a Mathilde Comitiſſa & Duciſſa Landulfo Epiſcopo Ferrarienſi. Tom. VIII. 345. B.

Mathildis Comitiſſae Decretum, quo abſolvit Guibertum de Gunzaga ab onere albergarie in Corrigio. Tom. IV. 107. E.

Robertus Princeps Capuanus Monaſterio Capuano S. Angeli, quod Caſinenſi ſubjectum eſt, quaſdam terras donat. Tom. III. 127. C.

MCX. Obligatio facta ab Ubaldo, & Mathilda ejus Conjuge, Petro Piſano Archiepiſcopo, Conſulibus Piſanis, & Operariis Eccleſiae Piſanae, de ſervando ad eorum Opus Caſtello & Podio Ripae-fractae. Tom. IX. 417. A.

Landulphi Epiſcopi Ferrarienſis Conſtitutio, in qua decernitur, ad quem in Eccleſiis & Monaſteriis illius Civitatis ſpectet ad Defunctorum corpora Miſſam Majorem celebrare. Tom. XIV. 611. C.

MCXI. Donatio facta Monaſterio Regienſi S. Proſperi a Berta vidua Walfredi Comitis, & ab Alberto ejus filio. Tom. I. 723. C.

MCXI. Henricus Rex V. & Imperator IV. Canonicis Eccleſiae Cremonenſis Privilegia confirmat. Tom. IV. 135. D.

Donatio agrorum facta a Berta Watfredi conjuge, & ab Alberto ejus filio, Monaſterio Regienſi S. Proſperi. Tom. IV. 495. B

MCXII. Bulla Paſchalis II. Papae, Johanni Nonantulano Abbati, Privilegia illius Monaſterii confirmantis. Tom. XIII. 133. E.

Sententia Piſanorum Conſulum pro Petro Epiſcopo Piſano contra occupatores quoſdam bonorum Eccleſiae Piſanae. Tom. IX. 421. A.

Caſalis S. Apollinaris venditio facta Chriſtadoro Admirato Willelmi Ducis Apuliae a Fulcone de Balungerio, ut in jus Monaſterii S. Mariae de Patiro transferatur. Tom. VI. 43 C.

MCXIII. Charta remiſſionis offenſiarum, & conceſſio inveſtiturae praediorum, facta a Mathilde Comitiſſa Gualando Piſano. Tom. I. 533. A.

Sententia Gregorii Cardinalis Apoſtolicae Sedis Legati in Placito Lucenſi de controverſia Decimarum inter Adam Plebanum Buzanenſem, & Johannem Abbatem. Tom. VII. 365 D.

MCXIV. Henricus Rex Quinctus, & Quartus inter Imperatores, Cremonenſi Populo varia jura & Privilegia confirmat & auget. Tom. IX. 665. B.

Donatio facta Bertae Abbatiſſae Monaſterii Ferrarienſis S. Silveſtri a quodam Verardo. Tom XIII. 637. D.

Sententia lata coram Comitiſſa Mathilde in Rocha Carpineti pro controverſia inter Johannem Ferrarium, & filios Bonvicini. Tom. VI. 383. B.

MCXV. Juramentum fidelitatis, factum a Caſtellanis & Habitatoribus Caſtelli Vivagii, Petro Archiepiſcopo Piſano. Tom. IX. 421. E.

Charta Uberti Abbatis Monaſterii S. Juſtiniani in Epiſcopatu Maſſenſi, per quam concedit Operae, ſive Fabricae Piſanae Eccleſiae aliquot portiones Caſtelli & Rochae Plumbini, aliaque bona in commutationem recipit. Tom. IX. 423 D.

Venditio tertiae partis Caſtelli, Podii, & Curtis de Caſaja, facta a quibuſdam Gratiano Vicedomino Eccleſiae Piſanae. Tom. IX. 427 C.

Sententia Marquardi delegati a Principe pro Silva quadam in controverſiam adducta. Tom. IX. 429 C.

Charta, per quam nonnulli conſtituunt res ſuas ſub defenſione & commendatione Petri Epiſcopi Piſani. Tom. IX. 429. E.

MCXVI.

MCXVI. Placitum Gubernuli habitum ab Henrico inter Imperatores Quarto, cum ſententia pro Monaſterio Pompoſiano, de terris poſitis in agro Soleriae Uberti. Tom. XI. 159. C.

Donatio facta a Petro Piſano Epiſcopo Eccleſiae S. Stephani de Carraria. Tom. IX. 431. C.

Venditio Caſtelli & Curtis de Blentina, facta a Robodo Marchione Tuſciae Petro Piſano Epiſcopo, & Operariis Eccleſiae Piſanae. Tom. IX. 433. C.

Henrici IV. Imperatoris Diploma, quo Civibus Mantuanis vetera jura ac privilegia confirmat, tum nova concedit. Tom IX. 669. C.

Ordelaphus Faletrus Dux Venetiarum Privilegia confirmat Monaſterio Belgradenſi S. Johannis Euangeliſtae. Tom. III. 169. A.

Henricus V. Rex, IV. Imperator, Anſedifio & Guidoni filiis Rambaldi Comitis Tarviſani ſuam gratiam reſtituit, & eorum jura confirmat. Tom. IV. 67. D.

De offenſionibus Communis Bononiae remiſſis ab Imperatore Henrico IV. Tom. II. 273. E.

Henricus Rex V. Imperator IV. Monaſterio Padolironenſi S. Benedicti, & Eccleſiae S. Benedicti de Gunzaga nonnullas terras donat. Tom. II. 269 D.

Henrici inter Auguſtos Quarti Diploma, per quod Populo Bononienſi omnes Conſuetudines, jura, ac Privilegia confirmat. Tom. II. 271. D.

Oddo Abbas Monaſterii Placentini S Sixti concedit hominibus de Guardaſtalla ſuo Coenobio ſubjectis, varias immunitates ac libertates cum diverſis conditionibus pro illorum gradu. Tom. IX. 723. D.

MCXVII. Traditio terrarum ac ſilvarum a Berardo filio Maſſari, facta Guarnerio Duci & Marchioni Spoleti, atque Altrudae hujus uxori. Tom. I. 299. D.

Placitum Gubernuli habitum ab Henrico inter Imperatores Quarto, in quo Canonicis Regularibus Curtis Melariae patrocinium ſuum largitur. Tom. VI. 329. D.

Diploma Rabodonis Marchionis Tuſciae, quo confirmat Gualando Piſano quaecumque is in Feudum acceperat a Marchionibus Tuſciae. Tom. I. 535. C.

MCXVIII. Conceſſio Eccleſiae S. Silveſtri prope Pilas, facta a Petro Piſano Archiepiſcopo Monaſterio Caſinenſi, ejuſque Abbati Gerardo. Tom. IX. 435. C.

Decretum immunitatis conceſſum Hoſpitali poſito juxta Renum in Curte Marchionis, ab Henrico Rege V. Imperatore IV. Tom. VIII. 57 D.

Manumiſſio Alberti Servi facta per Guidonem de Magnano. Tom. II. 725. A.

MCXVIII. Berardus Roſellenſis Epiſcopus varias Decimas in Emphyteuſim concedit Rainerio Abbati S. Bartholomaei Seſtingenſis. Tom. VII. 381. A.

MCXIX. Charta Laurentii Camerinenſis Epiſcopi, per quam Warnerio Marchioni, ejuſque uxori Altrudae emphyteuſeos titulo concedit Caſtellum S. Severini. Tom. I. 551. A.

MCXX. Praeceptum protectionis & immunitatis conceſſum Monaſteriis Vallumbroſanae Congregationis a Conrado Duce & Marchione Tuſciae. Tom. III. 145. A.

Venditio Caſtelli Ricavi, facta Attoni Piſano Archiepiſcopo a Rainerio Comite filio q. Hugonis Comitis. Tom. IX. 437. D.

Venditio Caſtelli Liburni, facta Attoni Archiepiſcopo Piſano ab Hildebrando Conſule Piſanorum, Procuratore hac in re Operae Piſanae Eccleſiae. Tom. IX. 441. D.

Charta onerum, ſub quibus agros quoſdam ad utendum dederat, ſive locaverat Atto Archiepiſcopus Piſanus. Tom. IX. 443. D.

Donatio portionis Caſtelli Cenajae, aliorumque bonorum, facta Piſanae Eccleſiae, ejuſque Archiepiſcopo Attoni. Tom. IX. 447. A.

Tranſactio inter Gerardum Comitem, filium q. Gerardi Comitis, atque Attonem Archiepiſcopum Piſanum, pro Curtibus de Belora & de Buveclo. Tom. IX. 449. E.

MCXXI. Bulla Calliſti II. Papae pro Monaſterio S. Mariae de Morrona, ejuſque Abbate Girardo. Tom. IX. 439. D.

Laudum in lite vertente inter Attonem Archiepiſcopum Piſanum, & Girardum Comitem, cauſsà Curtis de Cecina. Tom. IX. 451. E.

Calliſti II. Bulla, qua Epiſcopo Mutinenſi, ejuſque Eccleſiae omnia jura ac privilegia ad ipſam pertinentia confirmat. Tom. XIII. 147. B.

Decretum immunitatis & protectionis conceſſum Monachis S. Bartholomaei Piſtorienſis a Conrado Duce & Marchione Tuſciae. Tom. III. 147. D.

MCXXII. Sinibaldus Epiſcopus Patavinus Monaſterio Canonicorum Regularium S. Mariae ad Carceres, ſito in territorio Eſtenſi, Privilegia confirmat, atque illud uni Epiſcopo Patavino ſubjectum fore decernit. Tom. XII. 755. B.

Charta Gualterii Archiepiſcopi Ravennatis, in qua Padi veteris mentio eſt. Tom. IV. 329. E.

MCXXIII. Calliſti II. Papae Bulla, confirmantis Monaſterio S. Euſtachii de Nerveſia omnia illius jura & privilegia. Tom. XIV. 203. B.

